quiete, integre, bene & in pace hereditarie in perpetuum; reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vel assignatis unum clauum gariophili ad Natale domini et domino feodi unnam (*sic*) radicem zinziberi ad festum antedictum pro omnibus seruiciis, consuetudinibus, sectis curiarum, secularibus exaccionibus et demandis. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dederunt michi dicti magistri Walterus & Willelmus octo marcas sterlingorum pre manibus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Henrico Oweyn tunc maiore Oxonie, Willelmo de Wodestone, Andrea Kiluert tunc balliuo dicte uille, Philippo de Ew, Iohanne de Ew, Thoma de Sowy, Radulfo le Plummer, Iohanne de Coleshille, Waltero Bost, Roberto de Welles, Roberto de Brakele, Henrico filio Milonis et aliis.[1]

19.

[Walter Bost grants to Walter de Foderingeye and William Bonkes a strip of land to the north of the holding acquired from John le Sauser.]

B. I. 91 [c. 1300] Pateat uniuersis per presentes quod ego Walterus dictus Bost[2] Oxonie pro me & heredibus meis dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui magistris Waltero de Foderingeye & Willelmo Bonkes uel eorum alteri qui diucius uixerit & eorum heredibus & assignatis quibuscumque terram in qua murus erigitur, latitudinem eiusdem muri continentem, iacentem ex parte boriali illius aree quam dicti magistri W. & W. habent de dono Iohannis le Sauser secundum longitudinem illius aree extendentem usque tenementum monachorum Dunulm' [*sic*]; tenendam & habendam dictam terram de me & heredibus meis uel assignatis libere, quiete, in feodo & hereditate bene & in pace, quibuscumque dare, uendere, legare, uel quolibet modo uoluerit assignare in perpetuum, reddendo inde annuatim scolaribus de Balliolo unum clauum gariophili ad Natale domini pro omni seculari seruicio, consuetudine, sectis curie, exaccione & demanda. Pro hac autem donacione & presentis carte confirmacione dederunt michi dicti

[1] On Feb. 6, 1310 (Inq. ad quod dam., File 77, no. 22), the king sent a writ to his eschaetor to hold at Oxford an inquisition whether a plot of land measuring 100 feet by 80 might be given to the house of Balliol without damage to the king. The jury on Feb. 25 gave an affirmative verdict, and said that the plot was held of John le Sauser and measured 100 feet by 70.

[2] Compare no. 18, which shows that Walter Bost was to the north of the original site of Balliol.

magistri W. & W. dimidiam marcam sterlingorum pre manibus. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Ew, Iohanne Kiluert, Roberto de Brakele, Roberto de Wellis, Thoma Bost & multis aliis.

4. St. Margaret Hall. 20–31.

This tenement, situated between the tenements of Dervorguilla on the east and the property of the University called Old Balliol Hall on the west, was given to the College in 1342; for some reason which is not apparent the gift was made again in 1344. It has sometimes been thought that the original chapel of the College, which was built about 1328 (see no. 581), was on the site of the Master's dining room; but this can hardly be the case, as St. Margaret Hall, which occupied most of this site, was not acquired until 1342.

20.

[Geoffrey le Sauser grants a messuage to Marioria his daughter.]

Sciant presentes & futuri quod ego Galfridus le Sauser dedi & concessi & hac presenti carta mea cirograffata confirmaui Mariorie filie mee totum illud mesuagium cum omnibus pertinenciis suis quod situm est inter terram Iohannis de .O. ex una parte & terram Uniuersitatis Oxonie ex altera parte in parochia beate Marie Magdalene in suburbio Oxonie; habendum & tenendum de me & heredibus meis uel meis assignatis dicte Mariorie & heredibus suis uel suis assignatis libere & quiete, integre, bene & in pace, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel meis assignatis unum denarium ad Natale Domini pro omni seruicio, consuetudine & demanda, saluo redditu dominis capitalibus debito & consueto. Ego uero dictus Galfridus & heredes mei uel mei assignati dictum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis dicte Mariorie & heredibus suis uel suis assignatis contra omnes homines mares & feminas warantizabimus & defendemus in perpetuum, saluo tamen quod ego dicta Marioria uolo & concedo quod dictus Galfridus pater meus habeat dictum mesuagium cum pertinenciis suis in custodiam suam quamdiu uixerit, ita scilicet quod post decessum suum dictum mesuagium cum pertinenciis suis michi uel heredibus meis sine aliqua contradictione uel impedimento alicui [*sic*] reuertetur. In cuius [&c. alternate sealing], hiis testibus, Nicholao de Kyngestone tunc maiore Oxonie, Andrea de Durham, Philippo de .O. tunc balliuis,

B. I. 1 Prob. Mich. 1278–Mich. 1279

Galfrido Aurifabro, Galfrido de Hencsee, Roberto de Heyford, Willelmo Marescall, Ricardo le Quilter, Iohanne de Eynesham sclatur, Henrico filio Milonis & multis aliis.

B. 1. 2 [The other half of B. 1. 1.]

21.

[Geoffrey son of Geoffrey le Sauser quitclaims the same messuage to his sister.]

B. 1. 3
c. 1279

Sciant presentes & futuri quod ego Galfridus filius Galfridi le Sauser dimisi, concessi & omnino quietum clamaui pro me & heredibus meis uel meis assignatis Mariorie sorori mee totum ius & clamium quod habui uel habere potui in illo mesuagio cum omnibus pertinenciis suis quod situm est inter terram Uniuersitatis ex una parte & terram Iohannis de Eu ex altera in parochia beate Marie Magdalene in suburbio Oxonie, ita quod ego dictus Galfridus nec aliquis heredum meorum nec aliquis per me uel pro me in dicto mesuagio cum pertinenciis suis aliquid iuris uel clamii de cetero exigere poterimus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Henrico filio Milonis tunc balliuo hundredi extra portam borialem Oxonie, Waltero Bost, Roberto de Heyford, Willelmo de Kersingtone, Iohanne de Bramtone, Willelmo de Bramptone, Paulino de Criditone & aliis.

22.

[The sons of Geoffrey Fykays quitclaim the same messuage, now known as St. Margaret Hall, to William de Knaresborough and Agnes his wife.]

B. 1. 5
Jan. 4,
1329

Pateat uniuersis hoc scriptum uisuris vel audituris quod nos Ricardus, Iohannes & Thomas dicti Fykays filii quondam Galfridi Fykays concessimus, remisimus, relaxauimus & pro nobis & heredibus nostris imperpetuum quietum clamauimus Willelmo de Knarisborw & Agneti uxori eius, heredibus suis ac suis assignatis, totum ius & clamium quod habuimus, habemus seu in futurum aliquo iure nostro habere poterimus in quodam mesuagio cum curtilagio & suis pertinenciis situato in suburbio Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene eiusdem inter tenementum quod uocatur Nouum Bailolfhalle ex parte una & tenementum quod uocatur uetus Bailolfhalle ex parte altera, quod quidem mesuagium uulgariter uocatur Seinte Mergretehalle; ita uidelicet quod

nec nos [&c.]; hiis testibus, Ricardo Cary tunc maiore Oxonie, Iohanne de Falleye & Waltero de Faryndone tunc balliuis eiusdem uille, Thoma de Saunford tunc balliuo illius hundredi, Henrico de Bramptone, Nicholao de Haylesdone, Iohanne le Sauser, Roberto Ouerhee, Thoma de Pokelyntone & aliis. Dat' Oxonie, die Mercurii proxima post festum Circumcisionis domini, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum secundo.

23.

[Margery, widow of Geoffrey Fykays, grants the messuage to the same William and Agnes.]

Sciant presentes & futuri quod ego Margeria uxor quondam Galfridi dicti Fykays in pura uiduitate mea & legia potestate dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Willelmo de Cnaresborw & Agneti uxori sue quoddam mesuagium quod uocatur Seinte Mergretehalle cum curtilagio & suis pertinenciis, quod quidem mesuagium situatum est in suburbio Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene eiusdem inter tenementum quod uocatur Baylolhalle nouum ex parte una & tenementum quod uocatur uetus Baylolhalle ex parte altera; habendum [&c.] predictis W. & A., heredibus suis ac suis assignatis libere, integre, bene & in pace in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Cary tunc maiore Oxonie, Iohanne de Falleye, Waltero de Faryndone tunc balliuis eiusdem uille, Thoma de Saumford tunc balliuo illius hundredi, Henrico de Bramptone, Nicholao de Haylesdone, Iohanne le Sauser, Roberto Ouerhee, Adam Iarum & aliis. Dat' Oxonie decima die Ianuarii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum secundo.

B. 1. 4
Jan. 10, 1329

24.

[William and Agnes grant the messuage to four clerks.]

Sciant presentes & futuri quod nos Willelmus de Cnaresburg de Oxonia & Agnes uxor mea dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Willelmo Kyrueshale, Iohanni de Notyngham, Iohanni de Suttone & Iohanni de Crauncewyk clericis quoddam mesuagium cum pertinenciis in suburbio & hundredo extra portam borealem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene situatum inter

B. 1. 6
May 20, 1337

tenementum Uniuersitatis Oxonie quod uocatur uetus Balliolfhalle ex parte occidentali & tenementum magistri & scolarium aule de Balliolo quod uocatur Nouum Balliolfhalle ex parte orientali; habendum & tenendum dictis W., I., I., & I., heredibus ac assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius in perpetuum per seruicia inde debita & de iure consueta. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Iarpunuille, Iohanne le Saucer, Roberto de Ouerhee, Willelmo de Bramptone, Stephano de Merytone, Iohanne de Sutertone, Andrea de Haylesdone, Iohanne de Londone clerico & aliis. Dat' in suburbio & hundredo predictis uicesimo die Mensis Maii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum undecimo.

25.

[Agreement between the four clerks and William and Agnes.]

B. I. 92
June 22, 1337

Omnibus Cristi fidelibus hoc presens scriptum indentatum uisuris uel audituris Willelmus de Kyruesale, Iohannes de Notyngham, Iohannes de Suttone, & Iohannes de Crauncewyt' clerici salutem in domino. Cum Willelmus de Knaresburghe senior nobis teneatur & obligetur sextodecimo die Iunii anno regni regis nunc undecimo in uiginti libris sterlingorum per quoddam scriptum suum obligatorium & recognicionem iuxta formam statuti mercator' coram Simone de Gloucestre maiore Oxonie & Roberto de Grauelee clerico domini regis ad recogniciones debitorum iuxta formam statuti predicti accipiendas per ipsum dominum regem deputato, soluendis ad festum Omnium Sanctorum proximo nunc futurum prout in eodem scripto & recognicione plenius continetur; noueritis quod nos W., I., I., & I. clerici predicti concedimus pro nobis & unusquisque nostrum pro se, heredibus ac executoribus suis concedit quod si contingat predictum Willelmum de Knaresburghe & Agnetam uxorem eius rite & legitime sumptibus nostris leuare unum finem de uno mesuagio cum pert. vocato la Margarete Halle in suburbio Oxonie extra portam borialem, habend' & tenend' nobis & heredibus unius nostrum quem nos tres, duo vel unus nostrum elegerit, citra festum Omnium Sanctorum proximo futurum post datam confeccionis presencium; ac eciam si contingat nos aut aliquem nostrum heredes aut assignatos nostros de predicto mesuagio cum pert. impediri aut implacitari, ita uero quod predictus Willelmus de Knaresburghe aut heredes sui postquam de

impedimento illo aut placito rite & legitime per nos aut aliquem nostrum, heredum, aut assignatorum nostrorum fuerint premuniti, & nos & quemlibet nostrum, heredes & assignatos nostros de prefato mesuagio cum pertinenciis de impedimento illo aut placito ac eciam de quibusdam debitis contra quoscumque creditores & potentes dictum mesuagium aut dictum Willelmum concernentibus de temporibus elapsis, ac eciam de quibusdam arreragiis conseruauerit, conseruauerint, saluauerit & saluauerint futuris temporibus, preterquam contra capitales dominos de redditu futuro ipsos de dicto mesuagio concernente, defenderit vel defenderint & inmunes & indempnes ac inmunem & indempnem[1] [*sic*], quod interim de predicte pecunie solucione supersedeatur & dicti obligatorii nulla fiat executio, et si premissa omnia & singula per ipsos fideliter obseruentur quod extunc statim dictum scriptum obligatorium & recognicio iuxta formam statuti mercator' de predictis viginti libris sterlingorum per eundem Willelmum de Knaresburghe nobis facte omni suo robore careant & vigore & penitus pro nullis habeantur [&c.; if the terms are not observed, it is to remain in force: sealing] hiis testibus, Simone de Gloucestre tunc maiore Oxonie, Iohanno de Nortone & Ada de Tershawe tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne filio Willelmi Bost, Ricardo de Iarpunville, Iohanne de Sutertone, Stephano de Meritone, Roberto Oueree, Willelmo de Bramptone, Waltero Bost & aliis. Dat' apud suburbium Oxonie in hundredo extra portam borialem die dominica proxima post festum de Corpore Cristi anno regni regis Edwardi tercii post conquestum undecimo.

26.

[A final concord in the Hustengs Court confirming the previous grant.]

Hec est finalis concordia[2] facta in hustengo Oxonie die Lune proxima ante festum Annunciacionis beate Marie virginis anno regni regis Edwardi tercii post conquestum duodecimo coram Henrico de Stodeleghe tunc maiore Oxonie, Ricardo de Selewode & Iohanne Peggy tunc balliuis, Willelmo de Burcestre, Ricardo Cary, Andrea de Wormenhale & Stephano de Adyntone tunc aldermannis eiusdem uille & aliis domini regis fidelibus tunc ibidem presentibus inter Willelmum de Kyrueshale, Iohannem de Notyngham, Iohannem de B. 1. 7 Mar. 23, 1338

[1] The sentence would be less awkward if 'defenderit vel defenderint' followed 'indempnem'.

[2] This is the right-hand portion of the head of the fine.

Suttone & Iohannem de Crauntewyk querentes, & Willelmum de Knaresburghe & Agnetem uxorem eius deforciantes de uno mesuagio cum pertinenciis in suburbio Oxonie uocato la Margaretehalle, et situatur in parochia beate Marie Magdalene inter tenementum uocatum la Neuebaillolhalle ex parte una & tenementum uocatum la Eldebaillolhalle ex parte altera; unde placitum terre summonitum fuit inter eos per breue domini regis de recto patens in eodem hustengo, scilicet quod predicti Willelmus de Knaresburghe & Agnes recognouerunt predictum mesuagium cum pertinenciis esse ius ipsius Willelmi de Kyrueshale, et illud reddiderunt in eodem hustengo; habendum & tenendum eisdem Willelmo de Kyrueshale, Iohanni de Notyngham, Iohanni de Suttone, & Iohanni de Crancewyk' & heredibus ipsius Willelmi de Kyrueshale de capitalibus dominis feodi illius per seruicia que ad predictum mesuagium pertinent imperpetuum. Preterea iidem Willelmus de Knaresburghe & Agnes uxor eius concesserunt pro se & heredibus ipsius Agnetis quod ipsi warantizabunt prefatis Willelmo de Kyrueshale, Iohanni de Notyngham, Iohanni de Suttone & Iohanni de Crancewyke & heredibus ipsius Willelmi de Kyrueshale predictum mesuagium cum pertinenciis contra omnes homines imperpetuum.

27.

[The four clerks grant the messuage to Brokelesby and Cave.]

B. 1. 8
July 3, 1338

Sciant presentes & futuri quod nos Willelmus de Kyrueshale, Iohannes de Notygham, Iohannes de Suttone & Iohannes de Crauncewyke clerici dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Willelmo de Brokelesby & Thome de Caue clericis quoddam mesuagium & ortum ei adiacentem cum suis pertinenciis in suburbio & hondredo [*sic*] extra portam borialem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene quod uocatur la Margaretehalle situatum inter tenementum Uniuersitatis Oxon' quod uocatur uetus Balliolfhalle ex parte occidentali & tenementum magistri & scolarium aule de Balliolo quod uocatur nouum Balliolfhalle ex parte orientali; habendum [&c.] prefatis W. & T., heredibus & assignatis suis de capitalibus dominis [&c.]. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Iarpunuille, Iohanne le Saucer, Willelmo de Bramptone, Iohanne de Sutertone, Andrea de Haylesdone, Thoma de Pokelyngtone, Roberto Brus & aliis. Dat' in suburbio & hondredo predictis tercio die mensis Iulii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum duodecimo.

28.

[Brokelesby and Cave grant it to Balliol.]

Omnibus hanc cartam uisuris uel audituris Willelmus de Brokelesby & Thomas de Caue clerici salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos dedisse, concessisse & hac presenti carta nostra confirmasse dilectis nobis in Cristo magistro & scolaribus aule de Balliolo in Oxonia quoddam mesuagium uocatum la Margaretehalle et ortum eidem mesuagio adiacentem cum pertinenciis in suburbio & hundredo extra portam borealem Oxonie situatum inter [&c. as in no. 26]; habendum [&c.] eisdem magistro & scolaribus & eorum successoribus in perpetuum de capitalibus dominis [&c.]. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, dominis Roberto Parnynk' tunc Cancellario Anglie, Willelmo de Schareshulle, Willelmo de Feltone militibus, Iohanne de Thoresby, Thoma de Cotyngham, Iohanne de Wodehouse clericis et aliis. Dat' Londoniis die sancti Michaelis archangeli anno regni regis Edwardi tercii post conquestum sextodecimo. B. I. 9 Sept. 29, 1342

29.

[Broclesby and Cave appoint attorneys to give seisin.]

Pateat uniuersis per presentes quod nos Willelmus de Broclesby & Thomas de Caue clerici ordinauimus & loco nostro constituimus dilectos nobis in Cristo Galfridum de Leycestria & Willelmum de Moyles clericos sub alternacione ad dandum magistro & scolaribus domus de Balliolo Oxonie nomine nostro plenam seisinam & corporalem possessionem de uno mesuagio uocato la Margaretehalle & uno horto eidem mesuagio adiacente cum suis pertinenciis in parochia sancte Marie Magdalene in Oxonia [&c.]. Dat' Londoniis die sancti Andree apostoli anno regni regis Edwardi tercii post conquestum sexti decimo. B. I. 10 Nov. 30, 1342

30.

[Broclesby grants the messuage to four masters.]

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus de Broclesby clericus concessi, dedi, & hac presenti carta mea confirmaui magistris Roberto de Partyngtone, Willelmo de Haukesworthe, Willelmo de Meelys & Thome de Farnelawe unum mesuagium in suburbio Oxonie quod B. I. 11 June 7, 1344

uocatur la Margerethalle cum omnibus pert. suis; habendum & tenendum eisdem magistris R., W., W., & T. & eorum heredibus ac assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & consueta imperpetuum. In cuius [&c. sealing]. Dat' apud Oxoniam septimo die Iunii anno domini MCCC quadragesimo quarto et regni regis Edwardi tercii post conquestum decimo octauo.

31.

[The four masters grant it to ten clerks.]

B. I. 12 June 9, 1344

Sciant presentes & futuri quod nos Robertus de Patringtone, Willelmus de Haukesworthe, Willelmus Meeles & Thomas de Farnylawe clerici concessimus, dedimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Roberto de Caute, Ricardo de Swynesheued, Willelmo de Kettylby, Iohanni Fabian, Iohanni Barangarun, Rogero de Balderstone, Iohanni de Sixidale, Roberto de Whaltone, Willelmo de Peggesworthe & Galfrido de Leycestria clericis unum mesuagium in suburbio Oxonie quod uocatur la Margaretehalle cum omnibus pert. suis; habendum & tenendum eisdem clericis R., R., W., I., I., R., I., R., W. & G. & eorum heredibus ac assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & consueta in perpetuum. In cuius rei [&c. sealing] hiis testibus, Iohanne de Falley, Iohanne de Nortone, Waltero le Dyer, Ricardo Iarpunville, Willelmo de Bramptone & Roberto Brus. Dat' apud Oxoniam nono die Iunii anno domini MCCC quadragesimo quarto & regni regis Edwardi tercii post conquestum decimo octauo.

5. The Forecourt of the College. 32, 33.

In the map of Agas and in the picture of Balliol by Loggan we see that in front of the College there was a forecourt, and according to Isaac Williams's map of Oxford in 1750 it extended 40 feet and included half the width of Broad Street. It is not likely that this land, and the similar gardens which once existed in front of all the houses in St. Giles's Street, were the private property of those who enclosed them; for in that case the town would not have been able to resume the land, as was done in St. Giles's in the reign of James II and at Balliol in 1772. The most



BALLIOL IN 1675, BY LOGGAN

probable suggestion is that when it was decided to pave, or as we should say to metal, Broad Street and St. Giles's, those who had a frontage on these streets were allowed to push their boundaries forward so that the road might be narrowed and the expense of paving reduced. Loggan shows that in his time the forecourt of Balliol was like that which remains in front of St. John's, the footway passing through it and close to the College; but in 1683 the College obtained permission to close this footway, and pictures of Balliol between 1683 and 1772, e.g. a view of Balliol by John Tinney published in 1755, show that the forecourt had become a garden planted with elms, having two entrances on the south, while its walls joined the walls of the College.

By the Mileways Act of 1771 it was ordered that for the widening of Broad Street the wall on the south side of Balliol College should be taken down, and such part of the 'garden' (i.e. forecourt) as shall be necessary taken in. An article by Mr. F. P. Morrell in the parish magazine of St. Mary Magdalen for May, 1872, gives the following extracts from the proceedings of the Commissioners who were appointed under the Mileways Act:—'Jan. 17, 1772. Notice was given to Balliol College that all the walls and trees on the south side of the College should be taken down and removed.' 'Feb. 14, 1772. Whereas the Master and Scholars of Balliol College did in the reign of Charles II obtain a writ "ad quod damnum" whereby they were empowered to enclose a piece of ground on the south side of the College, on condition that they set out a new footway without the said Inclosure, and also maintain and repair the ancient King's Highway as far as the Kennel or Gutter, which condition Balliol College have hitherto complied with; but, whereas the said Inclosure is by the present Act directed to be laid open and the said ground added to the street, the College do, in obedience to the said Act, freely give up and relinquish the said enclosed ground, but at the same time express their expectation of being for ever freed from the incumbrance which they took upon themselves by the above and on account of the said Inclosure; it appears to the Commissioners that on the expiration of the present Act the expense of maintaining and repairing the road and piece of ground shall revert and be upon the parish and such persons as did maintain and repair the road and ground before the writ "ad quod damnum" was obtained. And it is ordered that in case the Society of Balliol shall rebuild the front of the said College, the Commissioners do allow that the Society be permitted to carry on the front in a straight line and that such line be marked out and ascertained by a chain and stone when the street is paved.' We may conclude from the last sentence that the south-east corner of the old buildings did not reach quite so far towards the south as the present buildings.

32.

[Writ of Charles II to hold an inquisition whether Balliol may enclose a footway between Trinity College and Hamond's Lodgings.]

B. 8. 16
Apr. 23, 1683

Carolus secundus dei gracia [&c.] vicecomiti Oxonie, salutem. Precipimus tibi quod per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo per quos rei veritas melius sciri poterit diligenter inquiras, si sit ad damnum vel prejudicium nostrum vel aliorum si concedamus magistro & scholaribus collegii de Baliolo in Universitate Oxon, quod ipsi quandam viam pedestrem ante collegium predictum ducentem a magna janua de collegio sancte & individue Trinitatis in Univ. predicta usque ad certum hospicium, parcell' possessionum eiusdem collegii de Baliolo, vocatum Hamonds Lodgings[1] in parochia sancte Marie Magdalene Oxon includere & eam sic inclusam tenere possint sibi & successoribus suis ad elargacionem collegii sui predicti imperpetuum; ita quod loco ipsius vie quandam aliam viam eiusdem longitudinis & latitudinis in solo ipsius collegii ibidem adeo competentem transeuntibus per eandem viam faciant ac tam eandem viam sic extrapositam quam antiquam regiam viam usque ad canalem ibidem de tempore in tempus sempiternum reparare faciant; necne; et si sit ad dampnum [&c.]; teste me ipso apud Westmonasterium XXIII die Aprilis anno regni nostri tricesimo quinto.

33.

[Verdict of the Jury, that it will not be to the damage of any.]

B. 8. 17
May 5, 1683

Inquisicio capta apud Oxon quinto die Maii anno regni domini nostri Caroli secundi regis Anglie &c. tricesimo quinto coram me Iohanne Wickham armigero, vicecomite Oxon, virtute brevis dicti domini regis michi directi & huic inquisicioni annexi per sacramentum Willelmi Blagroue generosi, Iohannis Wilcox, Mathei Arnold [&c. . . . .] qui dicunt super sacramentum suum quod non erit ad dampnum [&c. as in no. 32 . . . .] reparare faciant. Et jurati predicti ulterius dicunt super sacramentum suum quod dicta via sic inclusa tenenda continet in longitudine ducentos quadraginta & septem pedes et in latitudine quinque pedes et dimidium. Et ulterius dicunt quod via illa per predictum collegium in solo suo proprio loco ipsius vie per[2]

[1] See nos. 125–8.
[2] In mediaeval Latin 'per' often means 'along', not 'through'.

Face page 28]

BALLIOL IN 1752

Showing the forecourt as it was from 1683 to 1772

predictum collegium sic inclusa facta est adeo competens transeuntibus & continet in se plus in longitudine & latitudine quam dicta via sic inclusa in se continet. In cuius [&c. sealing].

6. Old Balliol Hall. 34, 35.

Next to St. Margaret Hall was a tenement of the University called Old Balliol Hall, measuring 96 feet from north to south, 41 feet at the north end, 47 feet at the south end (see no. 234). It is presumed that it was called Old Balliol Hall because it was rented by the scholars of John de Balliol until New Balliol Hall was acquired by Dervorguilla. In a Coroner's Inquest of December 1300 it is called Old 'Baylolhall', at which time it was occupied by scholars[1]; and if in 1379 it was leased to Balliol, it is possible that the scholars who lived there in 1300 were some of the College. It was acquired by the College in 1427 (see no. 234) in exchange for the site of the Divinity School. In the accounts of the Proctors of the University, the earliest of which are of the year 1464, it is called Sparrow Hall; the origin of this name is unknown.

34.

[The University grants to Balliol a lease of Old Balliol Hall for fifty years.]

Hec indentura facta inter magistrum Robertum Aylesham, Cancellarium Uniuersitatis Oxonie, ac magistros Iohannem de Burutone & Ricardum Pester, procuratores Uniuersitatis eiusdem ex parte una & magistrum Thomam Tyrwhit' magistrum collegii de Balliolo & eiusdem collegii scolares ex altera testatur quod predicti Cancellarius & procuratores ex unanimi consensu & assensu omnium magistrorum regencium Uniuersitatis predicte concesserunt & ad firmam tradiderunt prefatis magistro & scolaribus collegii de Balliolo quoddam messuagium vocatum Oldbayliolhalle cum suo gardino & pertinenciis situatum inter tenementum Prioris sancte Frideswide ex parte occidentali & quendam gardinum dictorum magistri & scolarium ex parte orientali & extendit se in longitudine a regia strata de Candych ex parte australi usque ad gardinum predicti magistri Thome Tyrwhit' ex parte boriali; habendum & tenendum predictum messuagium cum suis pert. dictis magistro & scolaribus & eorum successoribus usque ad terminum quinquaginta annorum, reddendo inde annuatim Universitati vel suo certo attornato in hac parte duos solidos in festo Annunciacionis beate

A. 7. 12 July 7, 1379

[1] *Coroners' Inquests*, p. 9, printed by the Oxford Chronicle Co.

Marie Virginis, durantibus terminis supradictis. Concedunt etiam predicti magister & scolares quod bene & competenter reparabunt predictum mesuagium citra festum Pentecost' anno domini MCCC octogesimo & ipsum sic reparatum sustentabunt & in fine terminorum suorum in adeo bono statu vel meliori dimittent. [The owners may distrain for the rent; they will warrant.] Et predicti [&c. alternate sealing]. Dat' Oxonie in festo Translacionis sancti Thome martiris anno domini MCCCLXX nono & anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie tercio.[1]

35.

[The University grants to Balliol a lease of the same tenement for ninety-nine years.]

A. 7. 13 July 6, 1427

Hec indentura facta apud Oxoniam in uigilia Translacionis sancti Thome martiris anno domini MCCCCXX septimo & anno regni regis Henrici sexti post conquestum Anglie quinto inter magistrum Thomam Chace sacre pagine professorem Uniuersitatis Oxonie Cancellarium ac magistros Henricum Seuer & Ricardum Babthorpe procuratores ceterosque magistros Uniuersitatis predicte ex parte una & magistrum Robertum Burley magistrum siue custodem collegii uulgariter nuncupati Bylyolhalle in suburbio ville Oxonie & eiusdem loci socios siue scolares ex parte altera testatur quod dicti Cancellarius [&c.] tradiderunt, & ad firmam dimiserunt prefatis magistro [&c.] unum tenementum cum pert. eidem collegio contiguum quod quidem tenementum situatur in suburbio uille Oxonie inter collegium seu aulam Balliol ex parte orientali & tenementum prioris & conuentus sancte Frideswyde ex parte occidentali [&c. as in no. 234 . . . .] unum pedem; habendum [&c.] usque ad finem termini nonaginta & nouem annorum proximo sequencium & plenarie complendorum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta, reddendo inde annuatim durante termino predicto predictis Cancellario [&c.] duos solidos legalis monete Anglicane ad festa sancti Michaelis archangeli & Annunciacionis beate Marie uirginis equis porcionibus. [The owners may distrain for the rent; they will warrant.] In cuius [&c. sealing].

A. 7. 14 [A modern transcript of A. 7. 13.]

[1] Seal pointed oval, about 3 in. × 2¼ in., the Chancellor seated, two clerks seated on either side, beneath his feet six clerks seated, two at the bottom, and two on either side somewhat higher. Endorsed 'Vetus Aula Ballioli, now the cole howse. 1569'. There is the same seal on A. 7. 13 and A. 7. 15.

7. A Tenement once of St. Frideswide's.

A tenement of St. Frideswide's called the tenement of Alan le Rushmonger was situated between Old Balliol Hall on the east and the corner tenement on the west. In 1571 Balliol obtained it from Exeter College by an exchange (see no. 239). By deeds 125–8 we ascertain that in 1574 the College granted the tenement on a lease for forty years but acquired the residue of the lease in 1593, and there can be little doubt that the building called Hammond's Lodgings was erected on this site with the money which Hammond bequeathed to Balliol in 1593. It is true that Anthony Wood[1] asserts that Hammond's Lodgings were built on the site of Sparrow Hall, but he adduces no proof. When we find that the leases of the tenement which belonged to St. Frideswide's cease with the year 1593, which was just the time when Hammond's Lodgings were begun, it is natural to assume that Wood's assertion is wrong. Also deed no. 129 shows that a tenement which lay apparently to the west of the tenement of St. Frideswide was in the year 1600 bounded on the east by the 'New Lodgings'.

8. The Corner Tenement. 36–52.

To the west of the St. Frideswide tenement there was a tenement which was given in 1245 to Simon son of Benedict, consisting of a shop at the corner and a messuage on the east side of it.[2] In 1279 it was held by Leticia, the widow of Simon, and in 1291 by Christopher his son.[3] In 1345 it was a messuage and two shops which Nicholas de Pubbesbury had acquired from Christopher Beneyt (= Benedict[4]). Our deeds trace its descent from 1364 to 1403, when it belonged to Robert de Chiselhampton, who separated the shop at the corner and attached it to the first tenement in St. Giles's Street which also belonged to him. The messuage in Broad Street passed through various hands (nos. 45–52) and was acquired by Balliol in 1486.

36.

[Richard Dammary dimises his right in the corner tenement to Adam de Chyselhampton.]

Notum sit omnibus quod ego Ricardus Dammary miles concessi, dimisi & tradidi Ade de Chyselhamptone carnifici totum ius & clameum meum quod habeo, habui seu quouismodo habere potero in toto tene- B. 1. 29 Mar. 21, 1364

[1] Wood's *City of Oxford*, i. 372 (O. H. S.).

[2] *Greyfriars in Oxford*, by A. G. Little, p. 298 (O. H. S.).

[3] *Hundred Rolls*, ii. 808.

[4] *Liber Albus*, will no. 62: see below, deed no. 44.

mento angulari situato extra portam borialem Oxonie quod quondam fuit Iohannis de Gascoyne; habendum & tenendum totum predictum tenementum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. In cuius [&c. sealing]. Dat' apud le Newein extra portam borialem Oxonie, uicesimo primo die mensis Marcii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo octauo.

37.

[A grant of the same tenement by Robert Gascoyne to Isabella Chisilhampton.]

B. I. 25 Apr. 14, 1372

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus Gascoyne filius & heres Iohannis Gascoyne de Heygham de comitatu Som' dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Isabelle que fuit uxor Ade de Chisilhamptone de Oxonia & Willelmo filio eorundem unum mesuagium cum shopis & suis pertinenciis situatum in hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene inter mesuagium Prioris & conuentus sancte Frideswyde Oxonie ex parte orientali & mesuagium Ade Chisilhampton ex parte oxidentali[1]; habendum [&c.] predictis I. & W. ac heredibus & assignatis ipsius Willelmi de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thome Wormenhale, Ricardo de Adyntone, Roberto Deye, Willelmo Crassale, Ricardo Burghe, Iohanne Noble, Iohanne Grettone & aliis. Dat' in hundredo predicto quarto decimo die Aprilis anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo sexto.[2]

38.

[A quitclaim of the same.]

B. I. 26 Apr. 15, 1372

Nouerint uniuersi me Robertum filium & heredem Iohannis Gascoyne de Heyham de comitatu Som' remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis imperpetuum quietumclamasse Isabelle que fuit uxor Ade de Chiselhamptone de Oxonia & Willelmo filio eorundem totum ius meum & clamium quod habui, habeo [*sic*] in toto illo mesuagio cum cotagiis & suis pertinenciis situato in hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene Oxonie inter mesuagium

[1] Evidently 'boriali', as in no. 38, is the right word.
[2] Seal, circular, $\frac{3}{4}$ in., a quatrefoil.

Prioris & conuentus sancte Frideswyde Oxonie ex parte orientali & mesuagium predicti Ade de Chisilhampton ex parte boriali & quod iidem I. & W. habent ex dono & feoffamento meo; ita uidelicet [&c.]. In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, Thoma Wormenhale, Ricardo de Oxonia, Roberto Dey, Iohanne Noble, Ricardo Burghe, Iohanne de Grettone & aliis. Dat' in hundredo predicto quintodecimo die Aprilis anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo sexto.[1]

39.

[William de Chiselhamptone grants the corner tenement to John Grom & John Noble.]

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus de Chiselhamptone filius & heres Ade de Chiselhamptone de Oxonia dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Iohanni Grom de Oxonia & Iohanni Noble de eadem totum tenementum meum angulare situatum ex opposito Candich in parochia sancte Marie Magdalene in suburbio & hundredo extra portam borialem Oxonie inter tenementum meum quod iam inhabito ex parte boriali & tenementum Prioris & conuentus sancte Frideswide ex parte orientali; habendum [&c.] prefatis I. & I. & eorum heredibus ac eorum assignatis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, Ricardo de Adyntone, Thoma Howkyn, Roberto Deye, Iohanne Grettone, Reginaldo Westouere, Willelmo Cressale, Ricardo Borghe & aliis. Dat' in suburbio & hundredo predicto tercio die Februarii, anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie primo.[2] B. 1. 27 Feb. 3, 1378

A duplicate of B. 1. 27 but in another hand and with a different seal, viz. oval, a mermaid. B. 1. 28

40.

[John Grom and John Noble grant it back to William Chiselhamptone and his wife.]

Sciant presentes & futuri quod nos Iohannes Grom de Oxonia & Iohannes Noble de eadem dedimus, concessimus & hac presenti B. 1. 29 Feb. 12, 1378

[1] *Endorsed*, 'Relaxacio tenementi in quo Henricus manet.' This *Henricus* might be Henry Capelane (see no. 46).

[2] Endorsed in a late hand 'Symon Paynter' (see no. 125). Seal circular, a crab.

carta nostra confirmauimus Willelmo Cheselhamptone de Oxonia & Margarete uxori sue totum illud tenementum angulare cum suis pertinenciis situatum ex opposito Chandiche in parochia sancte Marie Magdalene in suburbio & hundredo extra portam borialem Oxonie inter tenementum quondam Ade de Cheselhamptone patris predicti Willelmi ex parte boriali & tenementum Prioris & conuentus sancte Frideswide ex parte orientali & quod quidem tenementum cum suis pert. nuper habuimus ex dono & feoffamento predicti Willelmi Cheselhamptone; habendum [&c.] predictis W. & M. & heredibus ac eorum assignatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, Ricardo de Adyngtone, Thoma Houkyn, Iohanne Grettone, Reginaldo Westouere, Roberto Deye, Willelmo Cressale, Ricardo Bourghe, Michaele Smyth & aliis. Dat' in suburbio & hundredo predictis duodecimo die Februarii anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie primo.[1]

B. 1. 30 & 31 Duplicates of B. 1. 29, but each with the two seals of John Grom and John Noble.

41.

[The will of William Chyslamtone.]

A. 3. 10 Aug. 25, 1398 In dei nomine Amen. Vicesimo quinto die mensis Augusti, anno domini millesimo ccc nonogesimo octauo, ego Willelmus Chyslamtone compos mentis, eger tamen corpore, condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo, beate Marie & omnibus sanctis, corpusque meum ad sepeliendum in ecclesia beate Marie Magdalene coram altari Iacobi apostoli. Item lego ecclesie antedicte ad fenestram faciendam vi marcas. Item abbati de Loco Regali xx s. Item domino Thome Wytteneye monacho vi s. viii d. Item domino Stephano Lylywythe monacho iii s. iiii d. Item aliis quinque monachis iunioribus ibidem commorantibus viii s. iiii d. Item vicario ecclesie predicte vi s. viii d. Item magistro Thome Cansey in eadem ecclesia seruienti vi s. viii d. Item Iohanni clerico servienti in eadem ecclesia vi s. viii d. Item cuilibet ordini fratrum i trentale. Item lego Roberto filio meo equum meum cum cella[2] & freno & gladium cum

[1] With a small seal, circular ½ inch 'C'. From deeds 39 and 40 we gather that William de Chiselhampton was married between Feb. 3 and 12; in that year Ash Wednesday was March 3.

[2] = sella.

pesta[1] ac eciam pelvim cum lavacro pendenti & omnia vasa plumbia mobilia & immobilia cum uno querne & ii vanis[2] & ii cistis. Residuum vero bonorum meorum superius non legatorum lego Margarete uxori mee & eandem Margaretam cum magistro Iohanne gardiano de Wanboure fratre meo meos facio executores, ordino & constituo per presentes, ut ipsi presens testamentum & ultimam voluntatem meam fideliter exequantur & compleant cum effectu. In cuius rei testimonium huic testamento sigillum meum apposui. Scriptum & datum Oxonie die & anno domini supradictis. Item lego magistro Iohanni gardiano de Wanboure fratri meo xx s.; item domino Iohanni cognato eiusdem vi s. viii d.

42. 138035

[William Chyselhamptone grants to Robert his son all his lands in Northgate Hundred.]

Sciant presentes & futuri quod nos Willelmus Chyselhamptone de Oxonia burgensis & carnifex & Margareta uxor mea dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Roberto Chyselhampton filio mei dicti Willelmi de Oxonia carnifici omnia terras & tenementa nostra, redditus & seruicia que habemus in suburbio sive hundredo extra portam borialem Oxonie cum pratis, pascuis & pasturis & omnibus aliis pertinenciis suis; dedimus eciam eidem Roberto unum mesuagium situatum in Cleyore[3] cum sexdecim acris terre & prati iacentibus in campis de Cleyore; habenda & tenenda prefato R. & heredibus suis ac suis assignatis libere, integre & in pace, de capitalibus dominis feodorum illorum per servicia inde debita & de jure consueta imperpetuum; reddendo inde nobis W. & M. ad terminum vite nostre & nostrum alterius diucius viventis, duas marcas argenti annui redditus equis porcionibus ad festa videlicet [Dec. 21, Mar. 25, June 24, & Sept. 29]. [If the rent is withheld they may distrain for it]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Garstone maiore ville Oxonie, Willelmo Ryvelle & Iohanne Burtone, Thoma Howkvn, Willelmo Cook & aliis. Dat' in hundredo predicto die Mercurii in die sancti Michaelis archangeli anno regni regis Henrici quarti post conquestum Anglie primo. A. 3. 12 Sept. 29, 1400

This is the counterpart of A. 3. 12. A. 3. 13

[1] Not in Ducange.
[2] Blankets.
[3] The hamlet of Clare in the parish of Pyrton, Oxfordshire.

A. 3. 14 This is the same as A. 3. 12, but the gift is to Robert Chislamptone & Juliana his wife; same date; 'hiis testibus, Ricardo de Garstone maiore ville Oxonie, Willelmo Ryvelle et Iohanne Banbury ballivis eiusdem ville, Waltero Bowne, Iohanne Shawe, Iohanne Merstone, Edmundo de Kenyan aldermannis, Thoma Howekyn, Willelmo Cook et aliis.'

A. 3. 15 This is the counterpart of A. 3. 14.

43.

[Robert Chyselhamptone dimises to William & Margaret his parents, for their lives, all that he had received from them, excepting five shops and a cellar.]

A. 3. 16 Sept. 29, 1400 Hec indentura facta inter Robertum Chyselhampton de Oxonia carnificem ex una parte & Willelmum Chyselhamptone de Oxonia burgensem & carnificem & Margaretam uxorem eius ex altera parte testatur quod predictus Robertus concessit, tradidit & ad firmam dimisit prefato Willelmo et Margarete uxori eius omnia illa terras et tenementa, redditus & servicia cum omnibus pertinenciis suis que ipsemet Robertus nuper habuit ex dono & feoffamento ipsorum Willelmi & Margarete in suburbio sive in hundredo extra portam borialem Oxonie & in villa & campis de Cleyore, exceptis quinque shopis de novo edificatis cum celario subtus facto situatis in hundredo predicto in parochia sancte Marie Magdalene; quod quidem celarium continet in longitudine & latitudine totum spacium dictarum shoparum; habenda & tenenda prefato W. & M. uxori eius ad totam vitam suam & eorum alterius diucius viventis, reddendo inde dicto Roberto et heredibus suis ac suis assignatis unam rosam rubeam in festo Nativitatis sancti Iohannis Baptiste de anno in annum durante termino predicto, si petatur. Et prefatus Robertus [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus Gilberto Burton, Willelmo Ryvelle, Willelmo Douk', Thoma Howkyn, Iohanne Hunche & aliis. Dat' in hundredo predicto die Mercurii in die sancti Michaelis archangeli anno regni regis Henrici quarti post conquestum Anglie primo.

Endorsed. 'Paroch' sancte Marie Mag.'

A. 3. 17 This is the counterpart of A. 3. 16.

44.

[Robert Gascoyn grandson of Nicholas Pubbesbury quit-claims to Robert Chyselhamptone.]

Nouerint uniuersi per presentes me Robertum Gascoyn filium & heredem Agnetis sororis & heredis Nicholai Pubbesbury quondam burgensis Oxonie remisisse & relaxasse ac omnino pro me & heredibus meis imperpetuum quietum clamasse Roberto Chyselhamptone filio Willelmi Chyselhamptone & heredibus suis ac suis assignatis totum ius meum & clameum que habeo, habui seu quovismodo habere potero in futurum in toto illo mesuagio & shopis situatis in parochia beate Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie inter tenementum Prioris & conuentus monasterii sancte Fredeswyde Oxonie ex una parte & tenementum quondam Iohannis persone ecclesie de Myxbury ex altera parte; ita quod [&c.]. Preterea ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Sprunt maiore uille Oxonie, Waltero Daundeseye & Thoma Couentre balliuis eiusdem, Ricardo de Garstone, Iohanne Shawe, Edmundo de Kenyan & Iohanne Merstone aldermannis, Gilberto Burtone, Willelmo Ryuel, Willelmo Cook, Nicholao Nortone clerico & aliis. Dat' apud Oxoniam secundo die Maii anno regni regis Henrici quarti post conquestum Anglie quarto.

B. 1. 32 May 2, 1403

45.

[Henry Capelayn & Joan his wife receive the messuage by the will of Robert Chislamtone.]

Cum Robertus Chislamtone nuper burgensis uille Oxonie in testamento suo[1] legasset Henrico Capelayn & Iohanne uxori sue unum tenementum cum pertinenciis suis situatum in hundredo extra portam borialem uille Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene inter tenementum Prioris sancte Frideswide Oxonie ex parte orientali & quamdam shopam ipsius Roberti ex parte occidentali; habendum & tenendum predictis H. & I. & heredibus de corporibus eorum legitime procreatis imperpetuum, tenendum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta; et ad exequendum testamentum predictum ordinauit & constituit Iulianam uxorem suam & Gilbertum Burtone suos executores, prout plenius patet in testamento suo predicto, uirtute cuius testamenti ego Gilbertus Burtone

B. 1. 13 Sept. 20. 1416

[1] See no. 63 for his will.

unus executorum testamenti predicti Roberti deliberaui plenam seisinam tenementi predicti cum pertinenciis predictis H. & I., secundum vim, formam & effectum testamenti predicti iuxta potestatem michi per predictum Robertum traditam & commissam in testamento suo predicto. In cuius rei testimonium ego Gilbertus antedictus huic presenti scripto sigillum meum apposui, hiis testibus, domino Iohanne Feltone, uicario ecclesie beate Marie Magdalene, Iohanne Teyntone, Willelmo Herberfeld, Willelmo Barbour, Ricardo Taillour & aliis. Dat' in hundredo predicto uicesimo die mensis Septembris anno regni regis Henrici quinti quarto.

46.

[Henry Capelane grants it to Stephen Braywell.]

B. I. 14
June 20, 1446

Sciant presentes et futuri quod ego Henricus Capelane Oxonie dedi, concessi, et in [*sic*] hac presenti carta mea confirmaui Stephano Braywelle notario publico Oxonie totum illud tenementum cum suis pertinenciis situatum ex opposito Candiche in parochia sancte Marie Magdalene in suburbio et hundredo extra portam borialem uille Oxonie inter tenementum Prioris et conuentus sancte Frideswide ex parte orientali et tenementum quondam Roberti Chyselhampton et Iuliane uxoris sue ex parte occidentali; quod quidem tenementum cum suis pert. nuper habui ex dono & feoffamento predictorum R. & I.; habendum [&c.] prefato Stephano, heredibus & assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum.[1] In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, Roberto Walford maiore uille Oxonie, Henrico Philype & Iohanne Clerke balliuis dicte uille, Iohanne Blakethorne, Thoma Elkyns mason, Henrico Barwyk, Willelmo Tayntone, Thoma Perkyns bowcher, Iohanne Pache, Thoma Hawfeld, Thoma Harburfeld, Roberto Geffray et Rogero Bayle alias Carpenter et aliis. Data Oxonie in suburbio et hundredo predictis uicesimo die mensis Iunii anno regni regis Henrici sexti post conquestum Anglie uicesimo quarto.

[1] It is curious that there is no clause of warranty. When a trustee returns property which he had held temporarily, he gives no warranty, for the warranty would only be against the man who is becoming the owner again. But in the present case Henry Capelane was owner, not trustee.

47.

[Stephen Braywell grants it to Robert Holt.]

Sciant presentes & futuri quod ego Stephanus Braywell de Oxonia dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Roberto Holt de Oxonia totum illud tenementum meum cum suis pertinenciis situatum ex opposito Candyche in parochia sancte Marie Magdalene in suburbio et hundredo extra portam borialem uille Oxonie inter tenementum Prioris et conuentus sancte Frideswyde Oxonie ex parte orientali & tenementum quondam Roberti Chyselhampton et Iuliane uxoris sue ex parte occidentali; quod quidem tenementum cum suis pert. nuper habui ex dono & feoffamento Henrici Capelan; habendum & tenendum prefato R., heredibus & assignatis suis de capitalibus dominis [&c.]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Asshebery balliuo eiusdem hundredi, Willelmo Tayntone, Thoma Hauelle, Iohanne Baly mason, Matheo Coke & multis aliis. Dat' uicesimo septimo die Iunii anno regni regis Henrici sexti post conquestum tricesimo, apud hundredum predictum. B. 1. 15 June 27, 1452

A duplicate of B. 1. 15, inserting 'cum fonte' after 'tenementum meum'. Endorsed 'Presens carta fuit recognita coram Ricardo Spraget maiore uille Oxonie die Ueneris proxima post festum Translacionis sancti Thome martiris anno infrascripto & sic irrotulatur in rotulo dicte curie de tempore dicti maioris &c.' It was never sealed. B. 1. 16

A duplicate of B. 1. 16, but sealed. B. 1. 17

A duplicate of B. 1. 16, unsealed. B. 1. 18

48.

[An agreement between Robert Holt and Stephen Braywell.]

Hec indentura testatur quod licet Robertus Holt de Oxonia housbondman alias Botellemaker teneatur Stephano Braywelle de Oxonia in uiginti libris sterlingorum soluendis eidem Stephano prout in quadam obligacione inde confecta plenius continetur; tamen predictus Stephanus uult et concedit quod si prefatus Robertus soluat aut solui faciat, heredes uel executores sui soluant aut solui faciant prefato Stephano aut suo certo attornato annuatim sex solidos & octo denarios B. 1. 19 June 28, 1452

ad quatuor anni terminos usuales per equales porciones ad terminum uite predicti Stephani, primo termino solucionis incipiente ad festum Natalis Domini proximo futurum post datam presencium, extunc predicta obligacio sit nulla; sin autem, stet in suo robore & uirtute. In cuius rei testimonium [&c. alternate sealing]. Dat' uicesimo octauo die Iunii anno regni regis Henrici sexti post conquestum tricesimo.

49.

[Robert Holt grants the tenement to Stephen Havelle.]

B. I. 20
June 20, 1462

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus Holt de Oxonia dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Stephano Hauelle de Oxonia totum tenementum meum cum fonte & suis pertinenciis situatum ex opposito Candyche in parochia sancte Marie Magdalene in suburbio & hundredo extra portam borialem uille Oxonie inter tenementum Prioris & conuentus sancte Frideswyde Oxonie ex parte orientali & tenementum quondam Roberti Chyselhamptone & Iuliane uxoris sue ex parte occidentali, quod quidem tenementum cum fonte & suis pert. super habui ex dono & feofamento Stephani Brawelle; habendum [&c.] prefato S., heredibus & assignatis suis imperpetuum de capitalibus [&c.]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]. Dat' apud hundredum predictum uicesimo die mensis Iunii anno regni regis Edwardi quarti post conquestum secundo.

50.

[Joan Hawthorne quitclaims the tenement to three clerks.]

B. I. 22
June 1, 1486

Omnibus [&c.] Iohanna Hawthorne nuper uxor Iohannis Hawthorne latami[1] de Oxonia salutem in domino sempiternam. Noueritis me remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis quietum clamasse Willelmo Lambtone, Ricardo Barnyngham & Roberto Layke clericis totum ius meum & clameum quod unquam habui, habeo seu in futuro habere potero de & in uno tenemento cum fonte & suis pert. in parochia sancte Marie Magdalene ex opposito Candyche [&c. as in no. 49 . . .] occidentali; habendum [&c. as in no. 51]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]. Dat' in predicto hundredo primo die mensis Iunii anno regni regis Henrici septimi post conquestum primo.

[1] Mason.

51.

[Stephen Havelle grants it to three clerks.]

Sciant presentes & futuri quod ego Stephanus Hauelle de Oxonia dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Willelmo Lambtone, Ricardo Barnyngham, & Roberto Layke clericis totum tenementum meum cum fonte [&c. as in B. 1. 20 . . .] occidentali, quod quidem tenementum cum fonte & suis pert. nuper habui ex dono & feofamento Roberti Holt: habendum [&c.] prefatis W., R., & R., heredibus & assignatis suis de capitalibus [&c.]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]. Dat' apud hundredum predictum uicesimo octauo die mensis Iunii, anno regni regis Henrici septimi post conquestum primo. B. 1. 21 June 28, 1486

52.

[A quitclaim by John Colyns.]

Omnibus [&c.] Iohannes Colyns de Oxonia salutem. Noueritis me remisisse, relaxasse [&c. as in no. 50]. Dat' in predicto hundredo sexto die mensis Iulii anno regni regis Henrici septimi post conquestum primo. B. 1. 23 July 6, 1486

9. The First Tenement North of the Corner. 53–63.

The first tenement facing the church of St. Mary Magdalene is traced in the following deeds from 1317 to 1415, by which time it consisted of a tenement with five shops. In that year Robert Chiselhampton gave instructions in his will that if the king's licence could be obtained a perpetual chantry should be founded in the chapel of St. Mary in the church of St. Mary Magdalen and maintained by the issues of this tenement. We are utterly ignorant of what followed. The property certainly was not among the possessions of St. Mary's chapel in 1452, in which year a rental was drawn up of the tenements belonging to the chapel[1]; on the other hand there is no evidence when it passed into the hands of Balliol; but it is possible that the vicar of the parish, who was appointed by the testator to be the supervisor of this legacy, decided that the intentions of the will would be best satisfied by giving the property to Balliol.

[1] Preserved at New College; it has not been printed.

53.

[Walter Bost quitclaims a tenement to John de Barton, parson of Mixbury.]

B. I. 34
Mar. 5, 1317

Omnibus Cristi fidelibus hoc presens scriptum uisuris uel audituris Walterus filius & heres Walteri Bost de Oxonia salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra me in plena etate ac ligea potestate mea remisisse, relaxasse & omnino quietum clamasse Iohanni de Bartone, persone ecclesie de Mixebury, heredibus ac assignatis suis imperpetuum totum ius meum & clamium quod umquam habui uel aliquo modo habere potui seu potero in futurum racione successionis hereditarie uel alterius cuiuscumque iuris uel tituli in toto illo tenemento cum pertinenciis, excepta una schoppa eidem tenemento contigua & situata exterius uersus uicum regium; quod quidem tenementum idem Iohannes tenet ex donacione Willelmi de Bigenhulle de Oxonia & Cristine uxoris eius matris mee & confirmacione mea sibi inde prius factis ad terminum uite sue. Et situatur illud tenementum cum schoppa predicta in suburbio extra portam borialem Oxonie inter tenementum quondam Cristophori filii Simonis Beneyt ex parte australi & tenementum quondam Henrici Gamage ex parte boriali; habendum & tenendum totum tenementum predictum cum pertinenciis suis excepta schoppa predicta prefato I., heredibus ac assignatis suis libere, quiete & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia que ad tenementum illud, excepta schoppa predicta, pertinent imperpetuum pro omni alio seruicio, ita uidelicet quod nec ego [&c.]; preterea ego [&c. warranty]. Pro hac autem remissione, quieta clamacione & warancia dedit michi predictus Iohannes quandam summam pecunie pre manibus. In huius uero [&c. sealing]. Dat' in suburbio predicto tercio Nonas Marcii anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi decimo; hiis testibus, Willelmo de Hakeburne tunc tenente locum ballivi de hundredo extra portam predictam, Thoma Bost, Henrico de Bramptone, Ricardo Oueree, Iohanne le Quilter, Willelmo de Bigenhulle, Iohanne de Schireburne, Iohanne de Couele, Rogero Bost, Waltero de Ernesby, Iohanne Fouk', Thoma le Hore & aliis.

54.

[John de Barton grants a messuage and shop to John Everard.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes de Bertone clericus dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Iohanni Euerard de Mixebury seruienti meo quoddam mesuagium cum una shopa & suis pertinenciis in suburbio & hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene, quod quidem mesuagium situatum est inter tenementum Roberti Ouerhe ex parte boreali & tenementum Nicholai de Pebblisburi ex parte australi, & dicta shopa situatur inter tenementum dicti Nicholai de Pebblesbury ex parte australi & shopam Willelmi atte March ex parte boreali; habendum & tenendum [&c.] prefato Iohanni Euerard, heredibus ac assignatis suis, libere, integre, bene & in pace in perpetuum de capitalibus [&c.]; et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iosep de Wodestoke tunc ballivo illius hundredi, Iohanne filio Willelmi Bost, Henrico de Bramptone, Roberto Ouerhe, Iohanne le Sauser, Willelmo de Cnaresburg & aliis. Dat' in suburbio predicto die Ueneris in festo sancti Dionisii martiris anno regni regis Edwardi tercii post conquestum sexto.

B. 1. 35
Oct. 9, 1332

55.

[John Everard grants the messuage and shop to Alice de la Fenne.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes Euerard de Mixeburi dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Alicie relicte Ade de la Fenne quoddam mesuagium cum una shoppa & suis pertinenciis in suburbio & hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene, quod quidem mesuagium situatum est [&c. as in no. 54 . . .] boriali, que quidem mesuagium & shoppam habui ex dono & feofamento domini Iohannis quondam rectoris ecclesie de Mixebury; habendum [&c.] prefate Alicie, heredibus & assignatis suis libere, integre, bene & in pace imperpetuum de capitalibus [&c.]; et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burcestre tunc maiore Oxonie, Willelmo Was' de Ewelme, Ricardo Iargeuyle [*sic*] Oxonie, Henrico de Bremptone de eadem, Thoma Bost de eadem et multis aliis. Dat' Oxonie die Ueneris proxima post festum sancte Lucie Uirginis anno regni regis Edwardi tercii post conquestum octauo.

B. 1. 36
Dec. 16, 1334

56.

[Alice de la Fenne grants the same to Isabella atte Fenne, her daughter.]

B. I. 37
Mar. 1,
1338

Sciant presentes & futuri quod ego Alicia que fui uxor Ade de la Fenne in pura viduitate mea & legitima potestate mea dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Isabelle atte Fenne filie mee quoddam mesuagium cum una schoppa & suis pertinenciis in suburbio & hundredo extra portam borialem Oxonie [&c. as in no. 55 . . .] boriali, que quidem mesuagium & schoppam habui de dono & feoffamento Iohannis Euerard de Mixebury; habendum [&c.] prefate Isabelle & heredibus & assignatis suis libere, bene & in pace imperpetuum de capitalibus dominis [&c.]; et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Henrico de Stodleye tunc maiore Oxonie, Iohanne Peggy & Ricardo de Selewode tunc balliuis eiusdem uille, Andrea de Bladene tunc balliuo hundredi extra portam borialem Oxonie, Willelmo Wase de Euelme, Iohanne le Peyntour, Willelmo de Knaresborughe, Ricardo Iarpunville, Willelmo de Bramptone, Nicholao de Haylusdone & aliis. Data Oxonie die dominica in festo sancti David anno regni regis Edwardi tercii post conquestum duodecimo.

57.

[John Mymmes and Isabella his wife grant the same to Adam de Chiselhampton.]

B. I. 38
June 20,
1351

Sciant presentes & futuri quod nos Iohannes Mymmes & Isabella uxor mea dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Ade de Chisilhamptone & Isabelle uxori sue unum mesuagium cum una shopa [&c. as in no. 56 . . .] boriali, habendum [&c.] predictis A. & I. & heredibus ac assignatis ipsius Ade de capitalibus [&c.]; et nos [&c. warranty]; in cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Falle, Iohanne Saucer, Iohanne filio suo, Willelmo Sturthop, Iohanne de Hemelseye, Iohanne de Grettone & aliis. Dat' in suburbio predicto die Lune proxima ante festum Natalis sancti Iohannis Baptiste, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum uicesimo quinto.

58.

[William Chiselhampton and Margaret his wife grant the same to trustees.]

Sciant presentes & futuri quod nos Willelmus Chiselhamptone de Oxonia & Margareta uxor eius dedimus, concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Iohanni Grom & Iohanni Noble de Oxonia totum illud tenementum cum suis pert. situatum in suburbio & hundredo extra portam borialem Oxonie ex opposito ecclesie sancte Marie Magdalene inter tenementum nostrum ex parte australi & quamdam uacuam placeam magistri & scolarium aule de Balliolo ex parte boriali; habendum & tenendum prefatis I. & I. & eorum heredibus ac eorum assignatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Houkyn, Ricardo de Adyntone, Iohanne de Grettone, Reginaldo Westouere, Roberto Deye, Willelmo Cressale, Iohanne de Beknesfeld & aliis. Dat' in suburbio & hundredo predicto quarto die Marcii anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie primo.

B. I. 39
Mar. 4, 1378

59.

[The trustees return the property to William and Margaret.]

Sciant presentes & futuri quod nos Iohannes Grom & Iohannes Noble de Oxonia dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Willelmo Chiselhamptone de Oxonia & Margarete uxori sue totum illud tenementum cum suis pert. situatum in suburbio & hundredo extra portam borialem Oxonie ex opposito ecclesie sancte Marie Magdalene inter tenementum ipsorum Willelmi & Margarete ex parte australi & quandam uacuam placeam magistri & scolarium aule de Balliolo ex parte boriali; quod quidem tenementum cum suis pert. nuper habuimus ex dono & feoffamento dictorum Willelmi & Margarete; habendum [&c.] prefatis W. & M. & heredibus ac assignatis ipsius Willelmi imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Houkyn, Ricardo de Adyntone, Iohanne de Grettone, Reginaldo Westouere, Roberto Deye, Iohanne de Beknesfeld, Michaele le Smyth & aliis. Dat' in suburbio & hundredo predictis die dominica

B. I. 40
Dec. 18, 1379

proxima ante festum sancti Thome apostoli, anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie tercio.

Endorsed. Pro parvo cotagio inter tenementum Ade Chyslamtone et vacuam placeam de Balyhale: *and in a later hand* The Kath' whele.

60.

[William Chiselhampton grants the messuage to Robert his son.]

B. 1. 41
Ap. 15, 1391

Nouerint uniuersi quod inter Willelmum Chislamptone & Margaretam uxorem eius ex parte una & Robertum Chislamptone filium predicti Willelmi & Iulianam uxorem eius ex parte altera conuentum est in hunc modum scilicet quod predicti Willelmus & Margareta sub forma & condicionibus subscriptis concesserunt, tradiderunt & dimiserunt prefatis R. & I. eorum heredibus seu assignatis post decessum predictorum Willelmi & Margarete unum mesuagium cum pertinenciis suis in hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene situatum inter tenementum eiusdem Willelmi ex parte australi & quoddam gardinum de Ballyolhalle ex parte boriali; habendum [&c.] post decessum predictorum W. & M. prefatis Roberto & Iuliane & eorum heredibus seu assignatis imperpetuum, tenendum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et si contingat quod predicti R. & I. ante predictos W. & M. obierint, tunc uolunt quod predictum mesuagium cum pert. suis heredibus seu assignatis predicti Willelmi reuertatur. Et predicti W. & M. [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus Ricardo Garstone tunc maiore uille Oxonie, Iohanne Forster & Thoma Forsthulle tunc balliuis eiusdem uille, Willelmo Daguille, Nicholao Spicer, Iohanne Hickes & Thoma Somerseth, aldermannis, Willelmo Reuelle & Iohanne Turry & multis aliis. Dat' apud Oxoniam quintodecimo die mensis Aprilis anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie quartodecimo.

B. 1. 42

The counterpart of B. 1. 41.

61.

[Another form of the same grant.]

B. 1. 43
Ap. 15, 1391

Nouerint [&c. as in no. 60 . . .] dimiserunt prefatis R. & I. & heredibus ipsius Roberti post decessum predictorum W. & M. [&c. . . .]

prefatis Roberto & Iuliane & heredibus ipsius Roberti tenendum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et si contingat quod predictus R. ante obierit sine herede de corpore suo procreato & predicta Iuliana superuixerit, tunc uolunt & concedunt predicti W. & M. quod predicta I. habeat predictum mesuagium cum pert. ad totam vitam ipsius Iuliane & post decessum eius predictum mesuagium cum pert. heredibus uel assignatis predicti Willelmi reuertatur. Et predicti [&c. as in no. 60, with the same date and witnesses].

The counterpart of B. 1. 43. B. 1. 44

62.

[The executors of the will of Thomas Baret sell a tenement to William Chiselhamptone.]

Sciant presentes & futuri quod nos Thomas Saunderdone clericus, Iohannes Sprunt & Iohannes Lodelowe burgenses Oxonie executores testamenti Thome Baret nuper burgensis Oxonie defuncti iuxta potestatem in dicto testamento nobis traditam & concessam concessimus, vendidimus & liberauimus Willelmo Chiselhamptone & Margarete uxori eius totum illud tenementum situatum in hundredo extra portam borialem Oxonie inter tenementum eiusdem Willelmi ex parte australi & tenementum similiter eiusdem Willelmi ex parte boriali, quod quidem tenementum dictus Thomas nobis prefatis executoribus suis legavit ad vendendum ut in testamento dicti Thome plene liquet; habendum & tenendum [&c.] prefatis W. & M. & heredibus ac assignatis ipsius Willelmi libere, integre & in pace de capitalibus [&c.]; in cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Garstone maiore ville Oxonie, Iohanne Spycer & Iohanne Burbrigge ballivis eiusdem ville, Willelmo Daggevylle, Waltero Bowne, Iohanne Shawe, Iohanne Hykkys aldermannis, Thoma Howkyn, Willelmo Ryvelle, Nicholao Nortone & aliis. Dat' apud Oxoniam octavo die Decembris anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie vicesimo.[1] B. 1. 33 Dec. 8, 1396

[1] An endorsement, probably in the hand of Wood, asserts that this tenement was facing the churchyard of St. Mary Magdalen and was next to the corner tenement. Probably it was nothing more than a shop. In 1415 (see no. 63) Robert Chiselhampton held a tenement and five shops; but in 1332 (no. 54) one at least of the shops was not held with the main tenement but had been alienated and was in the possession of William March; probably it passed into the hands of Thomas Baret. By this suggestion we satisfy the language of the charter which says that in 1396 the tenement of Baret was bounded on the north by the tenement of William Chiselhampton.

63.

[The will of Robert Chislamptone.]

B. I. 45
May 2,
1415

In dei nomine Amen. Die Iouis proxima post festum apostolorum Philippi & Iacobi anno domini millesimo ccccxv^{mo} anno 2.2. Henrici quinti post conquestum ego Robertus Chislamptone burgensis de Oxonia condo testamentum meum in hunc modum; in primis lego animam meam Deo omnipotenti & beate Marie matri eius & omnibus sanctis & corpus meum ad sepeliendum in ecclesia beate Marie Magdalene. Item lego fabrice eiusdem ecclesie pro sepultura mea vi s. viii d.; item lego vicario eiusdem ecclesie xiii s. iiii d.; item lego clerico de eadem ecclesia iii s. iiii d.; item lego Willelmo Barbour optimam togam meam penulatam uiridis coloris cum capicio eiusdem secte; item lego Iohanni Chircheerd unum doupled cum capicio rubii coloris; item lego Thome Notingham unam togam bipartitam cum rubio & blodio; item lego Ricardo Sadeler unam tunicam duplicem de frys; item lego Waltero Scriuener unam armilausam duplicem de ruseto; item do & lego Henrico Capelano & Iohanne uxori sue unum tenementum situatum inter tenementum prioris sancte Frideswide in parochia predicta ex parte orientali & tenementum meum ex parte occidentali, habendum et tenendum predictum tenementum predictis Henrico & Iohanne uxori sue & heredibus ipsius Iohannis imperpetuum, tenendum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Item do & lego Iuliane uxori mee totum tenementum meum situm in hundredo extra portam borialem uille Oxonie in parochia beate Marie Magdalene, ex opposito cimiterii ecclesie beate Marie Magdalene & quinque shopas proximo adiacentes sub uno tecto cum selario & solariis & omnibus aliis pertinenciis suis, habendum & tenendum predictum tenementum & shopas cum celario & solariis cum eorum pertinenciis predicte Iuliane uxori mee ad terminum uite sue tenendum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta; et post decessum predicte Iuliane do, concedo & lego reuersionem tenementi predicti ac shoparum predictarum cum selario & solariis & omnibus pertinenciis suis domino Iohanni Feltone uicario eiusdem ecclesie, habendam & tenendam reuersionem tenementi predicti ac shoparum predictarum cum selario & solariis & omnibus eorum pertinenciis predictis domino Iohanni Feltone & assignatis suis, tenendam de capitalibus feodi per seruicia inde debita & consueta sub tali condicione quod si predictus Iohannes de Feltone

possit habere & obtinere licenciam regiam ad mortizandum, dandum & assignandum reuersionem tenementi ac shoparum predictarum ad sustendandum quemdam capellanum idoneum diuina calebraturum in capella beate Marie in eadem ecclesia pro anima mea & animabus omnium antecessorum meorum & omnium fidelium defunctorum, tunc uolo quod predicta disposicio tenementi predicti & shoparum predictarum stet & teneat imperpetuum. Et si predictus Iohannes Feltone licenciam regiam habere non possit in forma predicta, uolo quod predicta reuersio rectis heredibus meis remaneat imperpetuum. Item do & lego Agneti filie mee unum tenementum situm in parochia sancti Egidii in hundredo predicto, habendum sibi & heredibus eius imperpetuum, tenendum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Item lego Iuliane uxori mee totum statum meum quem habeo in uno tenemento quod teneo de priore sancte Frideswide in hundredo predicto. Residuum uero omnium bonorum meorum prius non legatorum lego Iuliane uxori mee. Et ad istud testamentum meum fideliter exequendum facio Iulianam uxorem meam & Gilbertum Burtone executores meos & uicarium ecclesie predicte superuisorem. In cuius rei testimonium huic presenti testamento meo sigillum meum apposui, hiis testibus, uicario ecclesie beate Marie Magdalene, Roberto Wakefeld, Iohanne Clerk & Willelmo Barbour. Dat' in hundredo predicto die & anno supradictis.

Endorsed. Uicesimo quarto die mensis Maii anno domini infrascripto probatum fuit presens testamentum coram nobis officiali domini archidiaconi Oxonie & pro eo per nos legitime pronunciatum, commissaque est administracio omnium bonorum dictum testamentum concernencium executoribus infrascriptis in forma iuris iuratis & per eosdem admiss*a*. Dat' Oxonie die, mense & anno domini supradictis.[1]

10. Gamage Hall. 64–8.

Passing north we come to Gamage Hall, which must have been a large tenement as it was worth more than 46*s.* 8*d.* a year at the beginning of the fourteenth century (see nos. 65 and 66). In 1326 it passed into the hands of Robert Overee, and its subsequent history is given under the next tenement. There was another Gamage Hall, apparently on the west side of St. Giles's, on or near the site of the Taylorian.[2]

[1] There is no endorsement of proof in the Mayor's Court.
[2] *Liber Albus*, p. 15.

64.

[John de Coleshulle grants his moiety of the messuage in fee-farm to John Covesgrave & Alice his wife.]

B. I. 48
Mar. 23, 1303

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes de Coleshulle burgensis Oxonie concessi, tradidi & dimisi & hoc presenti scripto indentato confirmaui ad feodifirmam Iohanni de Couesgraue & Alicie uxori sue medietatem unius mesuagii cum suis edificiis & cum omnibus aliis ubique pertinenciis in suburbio Oxonie extra portam borialem eiusdem uille, quam quidem medietatem dicti mesuagii habui ex legacione & assignacione Henrici Gamage in ultima uoluntate sua et quam medietatem tenui cum Andrea Culwart, cui predictus Henricus aliam medietatem legauit, tenendam nobis & heredibus nostris in perpetuum, et pro indiuiso tenebamus, habendam & tenendam predictam medietatem dicti mesuagii cum omnibus suis pertinenciis ut predictum est predicto Iohanni & Alicie & heredibus predicte Alicie & assignatis suis ad feodifirmam de me & heredibus meis & meis assignatis in perpetuum libere, quiete, bene & in pace & integre sicut ego prius illam tenui cum Andrea Culwart tenente aliam medietatem pro indiuiso cum libero introitu & exitu, reddendo inde per annum michi & heredibus meis ad feodifirmam uiginti solidos argenti ad quatuor anni terminos, uidelicet ad festum sancti Iohannis Baptiste quinque solidos, et ad festum sancti Michaelis archangeli quinque solidos, & ad festum sancti Thome apostoli quinque solidos, et ad festum Annunciacionis beate Marie uirginis in Marcio quinque solidos pro omnibus seruiciis, exaccionibus, consuetudinibus secularibus & demandis ad me uel ad heredes meos spectantibus, et faciendo pro me & heredibus meis capitalibus dominis feodi illius seruicia inde debita & consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem concessione, tradicione, dimissione & huius scripti confirmacione dederunt michi predicti Iohannes de Couesgraue & Alicia uxor eius xvi libras sterlingorum pre manibus. In cuius rei testimonium tam ego dictus Iohannes de Coleshulle quam predicti Iohannes de Couesgraue & Alicia uxor eius huic presenti scripto ad modum cyrograffi confecto sigilla nostra alternatim apposuimus, cuius una pars remanet penes Iohannem de Coleshulle & altera penes Iohannem de Couesgraue & Aliciam uxorem eius, hiis testibus, Thoma de Sowy tunc maiore Oxonie, Iohanne de Doklingtone & Iohanne de Beuerle tunc balliuis uille eiusdem, Roberto de Wormenhale, Andrea de Pyrie, Thoma de

Henxseye, Ricardo Oueree, Ricardo de Dadingtone, Roberto de Welles & aliis. Dat' apud Oxoniam die Sabbati proxima ante festum Annunciacionis beate Marie anno regni regis Edwardi filii regis Henrici tricesimo primo.

65.

[Agatha Culvard grants her moiety of the messuage in fee-farm to Alice Fouk.]

B. 1. 49 Mar. 20, 1311

Sciant presentes & futuri quod ego Agatha filia Andree Culuard de Oxonia in pura virginitate ac ligea potestate mea concessi, tradidi & dimisi & hoc presenti scripto meo confirmaui ad feodifirmam Alicie que fuit uxor Fulkonis le Leche de Oxonia medietatem unius mesuagii cum suis edificiis & cum omnibus aliis pertinenciis suis in suburbio Oxonie extra portam borealem eiusdem ville, quam quidem medietatem dicti mesuagii habui ex dono & feoffamento predicti Andree patris mei, cui Henricus Gamage quondam burgensis Oxonie, cuius fuerat integre totum mesuagium predictum, eandem medietatem in testamento suo legauit in ultima voluntate sua et aliam medietatem eiusdem mesuagii legauit Iohanni de Coleshulle de Oxonia, qui postea eandem medietatem suam prefate Alicie & heredibus suis ad feodifirmam concessit & assignauit & quam ipsa eadem Alicia & ego insimul & pro indiuiso tenebamus; habendam & tenendam predictam medietatem dicti mesuagii cum omnibus suis ubique pertinenciis ut predictum est prefate Alicie & suis heredibus uel assignatis ad feodifirmam de me & heredibus uel assignatis meis in perpetuum libere & in pace & integre sicut ego prius illam tenui cum eadem Alicia tenente aliam medietatem pro indiuiso cum libero introitu & exitu, reddendo inde annuatim michi & heredibus uel assignatis meis ad feodifirmam uiginti & sex solidos & octo denarios argenti ad quatuor anni terminos uidelicet [Mar. 25, Jun. 27, Sept. 29 & Dec. 21] pro omnibus seruiciis, exactionibus, consuetudinibus secularibus & demandis ad me uel heredes meos spectantibus, et faciendo nichilominus annuatim pro me & heredibus meis capitalibus dominis feodi illius seruicia inde debita & consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem concessione, tradicione, dimissione, warantia & defencione dedit michi predicta Alicia nouem marcas sterlingorum pre manibus. In cuius rei testimonium parti huius scripti ad modum cirographi confecti quam liberaui prefate Alicie sigillum meum est appensum, et relique

parti eiusdem scripti quam habeo ex liberacione predicte Alicie sigillum eiusdem Alicie est appensum; hiis testibus, Philippo de Wormenhale tunc maiore Oxonie, Henrico de Lenne & Willelmo de Pennarth tunc balliuis eiusdem uille, Andrea de Pyrie, Iohanne de Coleshulle, Ricardo de Dadintone, Ricardo Oueree, Iohanne le Cuilter, Willelmo Meke, Thoma Bost, Roberto de Well', Thoma de Pyri & aliis. Dat' apud Oxoniam die Sabbati in festo sancti Cuthberti episcopi anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quarto.

66.

[William Nichol and Alice Fouk his wife agree to quitclaim Gamage Hall to John Fouk.]

CIROGRAPHATUM

B. I. 46
Oct. 30, 1314

Inter Iohannem de Coleshulle de Oxonia ex una parte & Willelmum Nichol de Est Hanneye ex altera parte conuentum est in hunc modum uidelicet quod cum predictus Willelmus teneatur & obligetur per scriptum suum obligatorium prefato Iohanni in centum marcis sterlingorum soluendis eidem Iohanni ad festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste proximo sequent' post harum confectionem prout in dicto scripto obligatorio eidem Iohanni inde confecto plenius continetur, idem tamen Iohannes uult & per presentes concedit quod si predictus Willelmus & Alicia Fouke uxor sua veniant ad curiam domini regis apud Westmonasterium citra festum Pentecost' proximo futurum post confectionem presencium & ibidem coram iusticiis domini regis de Banco recognoscant Iohanni filio Fulconis quondam cirurgici de Oxonia & Alicie sorori predicti Iohannis de Coleshulle unum mesuagium cum pertinenciis situm in suburbio extra portam borealem Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene eiusdem suburbii, quod quidem mesuagium uocatur Gamagehalle, esse ius ipsorum Iohannis filii Fulconis & Alicie, habendum & tenendum sibi & heredibus de corporibus eorundem Iohannis filii Fulconis & Alicie legitime procreatis in perpetuum, ad tunc predictum scriptum obligatorium centum marcarum prefato Willelmo uel suo assignato statim liberetur & pro nullo ex tunc habeatur. Quod si predicti Willelmus & Alicia citra terminum predictum non uenerint nec dictam recognicionem ut premittitur faciant, tunc predictum scriptum obligatorium prefato Willelmo non liberetur, set remaneat pacifice prefato Iohanni de Coleshulle ut possit per eundem (*sic*) scriptum debitum

suum in eodem scripto contentum erga predictum Willelmum exigere & recuperare. Ad que premissa in omnibus fideliter facienda & obseruanda partes predicte se & heredes ac executores suos obligant utrobique per presens scriptum inter se indentatum, ad quod sigilla sua alternatim apposuerunt. Dat' Oxonie die Mercurii proxima post festum apostolorum Simonis & Iude anno regni regis Edwardi octavo,[1] hiis testibus, Thoma Bost, Petro de Hanneburghe, Willelmo de Ernesby, Ricardo Oueree, Willelmo Mek', Henrico de Bramptone, Iohanne de Shireburne, Iohanne de Iarme, Philippo de la Marche, Thoma le Hore, Thoma Baret & aliis.

The counterpart of B. 1. 46. They fit together except that one deed has shrunk and is now slightly narrower than the other. **B. 1. 47**

67.

[The will of John Fouk.]

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego Iohannes Fouke senciens me uiam uniuerse carnis fore egressurum condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo & corpus meum ad sepeliendum in cimiterio beate Marie Magdalene. Item do, lego Roberto Ouerhee & Iohanne uxori sue unum mesuagium cum pertinenciis in suburbio Oxonie situatum inter tenementum dicti Roberti ex parte boriali & tenementum domini Iohannis rectoris ecclesie de Mixbury ex parte australi in hundredo extra portam borialem Oxonie, habendum & tenendum totum mesuagium predictum cum suis pertinenciis predictis Roberto & Iohanne & heredibus de corporibus eorum legitime procreatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Si uero contingat predictos Robertum & Iohannam sine herede de corporibus eorum procreato decedere, quod absit, tunc mesuagium illud cum suis pertinenciis rectis heredibus ipsius Iohanne remaneat imperpetuum. Item lego omnia bona mea mobilia & immobilia predictis Roberto & Iohanne. Et ad hanc ultimam uoluntatem meam fideliter exequendam hos constituo executores meos, scilicet Robertum Ouerhee et Thomam de Pokelyngtone, Willelmum de Knaresborg. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum appositum est & appensum. Dat' in suburbio Oxonie die Sabbati proxima post festum **B. 1. 90 July 12, 1326**

[1] Undoubtedly Ed. II is meant. Evidently William Nicholl was the third husband of Alice, who had previously married John de Covesgrave and Fulk le Leech.

Translacionis sancti Thome Martiris anno domini MCCCXXVI, regnique regis Edwardi filii regis E. vicesimo.

July 17, 1326 *Endorsed.* Sextodecimo Kalendas Augusti anno domini MCCC vicesimo sexto in ecclesia sancti Petri in Ballio Oxonie coram nobis decano Oxonie & domini Officialis eiusdem commissari*o* probatum fuit istud testamentum & administracio bonorum defuncti omnibus executoribus in testamento nominatis in forma iuris per nos commissa.

Aug. 1, 1326 *In another hand.* Probatum fuit istud testamentum die Ueneris in festo sancti Petri ad uincula anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi uicesimo coram Willelmo de Burncestre maiore Oxonie & Iohanne de Hamptone & Ricardo Kary aldremannis eiusdem uille & aliis fidedignis tunc ibidem presentibus per testimonium & sacramentum Iohannis le Gurdlere & Ade Iarme testium iuratorum & examinatorum & in omnibus plene concordantium; propter quod pronunciatum est pro isto testamento tanquam legitime probato, et adiudicata est legatariis in isto testamento nominatis seisina de tenementis in isto testamento legatis; in cuius rei testimonium sigillum maioratus Oxonie est appensum.[1]

68.

[Four persons surrender to Robert Overee all their right in the tenement which had been dimised to Emma de Shilleye by Robert Overee.]

B. I. 52 Jan. 16, 1345 Nouerint uniuersi nos Emma [*sic*] de Shilleye, Iohannes de Shilleye, Andreas de Ayllesdone & Emma uxor eius concessisse, dimisisse, tradidisse & sursum reddidimus [*sic*] Roberto de Oueree totum ius & clamium quod habuimus, habemus seu quouismodo habere poterimus in futurum in quodam tenemento & celarario [*sic*] eidem tenemento annexo & suis pertinenciis in suburbio extra portam borialem Oxonie, quod quidem tenementum cum celario situatur inter tenementum Rogeri de Walcote[2] ex parte una & tenementum Iohannis Mymmes[3] ex parte altera, & quod quidem celarium nos predicti Emma, Iohannes, et Emma uxor predicti Andree habuimus ex concessione & dimissione predicti Roberti ad terminum uite ipsius Roberti, & quod quidem tenementum ego predicta Emma de Shilleye mater predictorum Iohannis & Emme habui ad terminum uite mee ex traditione &

[1] With seals of the rural deanery and the mayoralty.

[2] See no. 71; apparently he was the tenant of the northern half of Gamage Hall.

[3] See no. 57.

dimissione predicti Roberti; habendum & tenendum totum statum nostrum predicto Roberto Overee, heredibus ac assignatis suis quod [*sic*] habuimus ex dimissione ipsius Roberti de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & consueta. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Iargeuille, Iohanne Saucer, Stephano de Meritone, Willelmo de Bramptone, Adam de Chisilhamptone, Rogero de Walcote & aliis. Dat' in suburbio extra portam borealem Oxonie die dominica proxima post festum sancti Hillarii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum decimo octauo.

11. Overhee's Tenement. 69–71.

North of Gamage Hall was a tenement which was held in 1279 by John de Esseborn,[1] and in 1291 by Richard Overhee; deed no. 69 says that it had belonged to Richard de Blockele. Between 1368 and 1373 it seems to have been occupied but not owned by the family of Chiselhampton. In 1373 it returned into the hands of John le Dyer and Emma his wife, who was heiress of Robert Overee (see no. 83). In the same year they gave to Balliol a curtilage and three tofts adjacent to one another, the tofts being this tenement and the two moieties of Gamage Hall.

69.

[The will of Isolda Overhee.]

In dei nomine Amen. Die Iouis proxima post festum Omnium Sanctorum anno domini MCCC septimo ego Isolda uxor Ricardi Ouerhee condo testamentum meum in hunc modum; in primis [lego][2] animam meam deo, beate Marie & omnibus sanctis & corpus meum ad sepeliendum in cimiterio ecclesie sancte Marie Magdalene Oxonie. Item lego summo altari eiusdem ecclesie II solidos; item capellano beate Virginis eiusdem ecclesie xii d.; item Rogero clerico eiusdem ecclesie vi d.; item lego in cera & cilicio[3] die sepulture mee xx s., ita quod cera precii dimidie marce remaneat in ecclesia sancte Marie Magdalene predicte & residuum dispositioni executorum meorum sine aliqua contradictione seu calumpnia; item lego eodem die in pane pauperibus erogandos xx s.; item in expensis amicorum meorum & executorum & aliorum eodem die I marcam; item lego cuidam capellano celebranti missam pro anima mea in ecclesia predicta per unum annum integrum post decessum meum LII solidos

B. I. 51 Nov. 6, 1307

Hundred Rolls, ii. 808. [2] Omitted in MS. [3] cilicō, MS.

eleccioni executorum meorum; item lego Ricardo filio Ricardi mariti mei x s.; item lego Roberto fratri suo x s.: item lego Cristine filie predicti Ricardi mariti mei mantellum meum de uiridi meli*orem*, unam tunicam de uiridi cum uno capucio de uiridi cum furrura; item lego Elene nepte mee mantellum meum de murrey cum furrura, unam robam de pounas'; item do & lego Roberto filio Ricardi Ouerhe & Elene filie Iohannis de Blockele nepte mee totum illud tenementum cum omnibus suis pertinenciis quod habui ex dono Ricardi de Blockele quondam fratris mei quod situm est in suburbio Oxonie in parochia predicta inter tenementum Ricardi de Dadingtone ex parte boreali & tenementum Andrei [*sic*] Culuerd & Alicie Foukes ex parte australi; habendum & tenendum predictum tenementum cum omnibus pertinenciis predictis Roberto & Elene aut eorum uni diucius uiuenti, sibi, heredibus suis & assignatis de capitalibus dominis feodi per seruicia inde debita & consueta imperpetuum. Item lego Ade le Parmenter seruienti meo II solidos. Item lego Roberto filio Walteri Bost I coclear [*sic*] argenteum. Item Thome filio Roberti de Brackele I coclear argenteum. Item lego Isolde filie Thome Bost unum anulum aureum. Item Sarre filie Iohannis de Sancto Egidio VI denarios. Item lego Agneti uxori Roberti de Brackele I firmaculum aureum paruum. Item cuilibet filiolis meis & filiabus in testamento prius nominatis III denarios. Item lego totum residuum omnium bonorum meorum tam mobilium quam immobilium parti mee contingentium ut in cat*allis* Ricardo marito meo ut ipse inueniat Elene nepte mee predicte sustentacionem in uictu & uestitu ad terminum uite sue pro labore suo. Huius igitur testamenti complendi ordino, facio & constituo executores meos Ricardum maritum meum & Iohannem le Lumener ut ipsi ordinent & disponant in forma predicta prout anime mee melius uiderint expedire. Iterum [*sic*] lego Elene nepte mee II tape*tas* cum II linth*eaminibus*. Item Cristine filie mariti mei unum lectum honestum. Item Iohanni filio Iohannis de Farendon I firmaculum aureum. In cuius rei testimonium huic testamento meo sigillum meum patent' & claus' est appensum. Et actum fuit istud testamentum die Iouis predicto anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi primo. Hiis testibus, Iohanne de Waltham, Henrico de Beumond, Roberto le Barbor, Waltero Golde, Philippo de Mixebury & aliis.

Endorsed. Hoc testamentum probatum fuit coram nobis officiali Oxonie apud Oxoniam die Sabbati proxima post festum sancti Thome apostoli anno domini MCCC septimo; et commissa administracio

bonorum defuncte executoribus in testamento nominatis in forma consueta.

Another endorsement. Die Iouis proxima post festum Omnium Sanctorum presentibus Roberto perpetuo uicario, Iohanne de Waltham, Philippo le Welere, Rogero de Stoke, Philippo de Mixebury.[1]

70.

[Richard de Dammory dimises a vacant plot to Adam de Chisilhampton.]

B. 1. 53 May 24, 1368.

Sciant presentes & futuri quod ego Ricardus de Dammory de Hedyndone concessi, dimisi & tradidi Ade de Chisilhamptone & Isabelle uxori sue totam illam vacuam placeam iacentem in hundredo extra portam borealem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene inter tenementum predicti Ade ex parte australi & tenementum quod fuit Iohannis le Saucer ex parte boreali; habendam [&c.] predictis A. & I. & heredibus ac assignatis suis in perpetuum reddendo inde annuatim capitali domino feodi illius seruicia inde debita & consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Plomer, Reginaldo Westouere, Iohanne Grettone & aliis. Dat' in predicto hundredo die Mercurii proxima ante festum Pentecost', anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo secundo.[2]

71.

[Isabella de Chisilhampton surrenders to John le Dyer all her right.]

B. 1. 54 July 17, 1373

Nouerint uniuersi me Isabellam que fui uxor Ade de Chisilhamptone, quod (*sic*) cum nuper nos predicti A. & I. tenuerimus unum mesuagium[3] cum pert. in hundredo & suburbio extra portam borealem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene situatum inter tenementum quod fuit Galfridi le Saucer ex parte [boreali][4] & tenementum quod tenet Rogerus de Walcote[5] ex parte australi, ac eciam unam placeam cum curtilagio & pertinenciis in suburbio & hundredo in parochia predicta infra inclusum porte[6] situate inter tenementum magistri & fratrum hospitalis sancti Iohannis extra portam orientalem

[1] Originally with two seals, of which one remains.

[2] A. 2. 46 contains an early transcript of this charter. Richard de Dammory was not owner of this plot, but lord of the manor in which it was situated.

[3] In the previous deed it is styled *placea*, and in no. 83 it is a toft. Probably the word *mesuagium* was copied from an earlier charter.

[4] Not in MS.

[5] See no. 68.

[6] P*ar*oste, MS.; no. 83 reads *porte*; the meaning is somewhat obscure.

Oxonie ex parte boreali & tenementum Galfridi le Saucer ex parte australi, sursum reddidisse totum ius meum in predicto mesuagio ac etiam in predicta alia placea cum omnibus suis pert., prout habuimus & tenuerimus (*sic*) ex concessione & tradidicione (*sic*) Roberti Ouerhe de Oxonia ad terminum vite mee & predicti Ade, Iohanni le Dieghere de Sloutre heredibus ac assignatis suis & Emme uxori sue & heredibus ac assignatis suis imperpetuum; ita quod nec ego [&c.]; in cuius [&c. sealing], hiis testibus Ricardo de Adyntone, Iohanne de Grettone, Thoma de Wormenhale, Willelmo Chisilhamptone & aliis. Dat' in hundredo predicto die dominica proxima ante festum beate Marie Magdalene, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo septimo.

12. Thorald's Tenement. 72–8.

Next to the north was a tenement which was once held by Henry Gamel (see no. 89) and in 1291 was in the hands of Richard de Dadington. In 1339 it is found in the hands of John Torald or Thorald. It was acquired by the Master of Balliol in 1422 and possibly did not become the property of the College until 1436.

72.

[John Thorald grants his tenement to John le Saucer.]

B. I. 55
May 7,
1339

Sciant presentes & futuri quod nos Iohannes Torald de Oxonia & Agnes uxor mea dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Iohanni le Saucer de Oxonia unum mesuagium cum pertinenciis in suburbio & hundredo extra portam borialem Oxonie situatum in parochia beate Marie Magdalene inter tenementa Roberti Ouerhee ex utraque parte, in escambium pro quodam mesuagio in Oxonia quod uocatur la Saucerhalle in parochia sancte Mildrede inter tenementum prioris & conuentus sancte Frideswyde ex parte una & tenementum Margarete la Peyntour ex parte altera; habendum [&c.] prefato Iohanni le Saucer & heredibus ac assignatis suis in escambium ut predictum est libere, bene & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et nos [&c. warranty]. Pro hac autem donacione, concessione & presentis carte confirmacione & warancia dedit nobis predictus Iohannes le Saucer predictum mesuagium cum suis pertinenciis situatum in parochia sancte Mildrede predicte in escambium ut premittitur. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Iarpunuille, Willelmo de Knaresburghe seniore, Willelmo de Welles, Iohanne de Sotertone,

Iohanne Baret, Iohanne de Sistone & aliis. Dat' in suburbio & hundredo extra portam borialem Oxonie die Veneris in crastino Ascencionis domini anno regni regis Edwardi tercii post conquestum terciodecimo.

73.

[The will of John le Sauser.]

In dei nomine Amen. Die Mercurii proxima post festum Ascencionis domini anno domini millesimo trecentisimo tricesimo nono, ego Iohannes le Saucer burgensis Oxonie condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo & corpus meum ad sepeliendum in ecclesia sancte Marie Magdalene in suburbio Oxonie. Item lego domino Roberto uicario ecclesie predicte tres solidos; item Willelmo clerico eiusdem ecclesie sex denarios; item operi ecclesie duodecim denarios; item lego Agneti de Aynho duos solidos & unam robam de blueto. Item do & lego Iohanne uxori mee totum tenementum meum in suburbio Oxonie quod nunc inhabito cum shopis & aliis pertinenciis suis, quod quidem mesuagium cum shopis situatur inter tenementum abbatis & conuentus de Oseneye ex una parte & tenementum Iohannis le Peyntour ex altera parte; habendum & tenendum eidem Iohanne ad totam uitam suam, et post decessum ipsius Iohanne dictum tenementum cum shopis & aliis pertinenciis rectis heredibus reuertatur seu remaneat imperpetuum. Item do & lego Galfrido le Saucer filio meo unum mesuagium cum pertinenciis in dicto suburbio situatum inter tenementa Roberti Ouerhe ex utraque parte, habendum & tenendum eidem Galfrido ad totam uitam suam reddendo inde annuatim Iohanne uxori mee decem solidos ad festa Annunciacionis beate Marie & sancti Michaelis per equales porciones ad totam uitam ipsius Iohanne; et post decessum predicti Galfridi predictum mesuagium cum pertinenciis Iohanni & Stephano filiis ipsius Galfridi remaneat, habendum & tenendum eisdem Iohanni & Stephano & heredibus de corporibus eorum legitime procreatis imperpetuum. Et si predicti Iohannes & Stephanus sine heredibus de corporibus eorum legitime procreatis decedant, tunc dictum mesuagium cum pertinenciis ad heredes meos reuertatur. Residuum uero omnium bonorum meorum non legatorum deductis expensis meis funerariis & debitis lego prefate Iohanne uxori mee. Ad istud igitur testamentum meum fideliter exequendum prefatam Iohannam uxorem meam & Iohannem filium meum ordino, facio & constituo executores meos.

B. 1. 56
May 12, 1339

Endorsed. Tercio Nonas Octobris anno domini millesimo ccc tricesimo nono apud Oxoniam coram nobis domini archidiaconi Oxonie officiali probatum fuit istud testamentum et administracio omnium bonorum defuncti omnibus executoribus in eo nominatis in forma iuris per nos commissa.

In another hand. Memorandum quod die Veneris proxima post festum sancti Hillarii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum terciodecimo probatum fuit istud testamentum coram Willelmo de Burcestre tunc maiore uille Oxonie, Ricardo Cary, Stephano de Adyntone, Andrea de Wormenhale & aliis fidedignis tunc ibidem presentibus per sacramentum & testimonium Iohannis de Langrysshe & Stephani de Bramptone testium super isto testamento iuratorum & examinatorum, qui in omnibus & singulis articulis probacionem eiusdem testamenti contingentibus concordarunt; propter quod pronunciatum est pro isto testamento tanquam legitime probato & seisina tenementorum in isto testamento contentorum legatariis in isto testamento nominatis iuxta formam iuris & secundum consuetudinem dicte uille Oxonie adiudicata fuit & concessa. In cuius rei testimonium sigillum maioratus Oxonie presenti testamento est appensum.

In another hand. Memorandum quod die Martis proxima ante festum Annunciacionis beate Marie anno regni regis Edwardi tercii post conquestum terciodecimo [1] in hundredo extra portam borialem Oxonie probatum fuit istud testamentum coram Thoma de Wodeford seneschallo & sectatoribus hundredi per sacramentum & testimonium Stephani de Brumptone & Thome Childe super isto testamento iuratorum & examinatorum, qui in omnibus & singulis articulis probacionem eiusdem testamenti contingentibus concordarunt. Propter quod pronunciatum est pro isto testamento tanquam legitime probato & seisina tenementorum in isto testamento contentorum legatariis in isto testamento nominatis iuxta formam iuris & secundum consuetudinem dicti hundredi adiudicata fuit & concessa.

74.

[John le Sauser jun. leases the tenement to William Blythebury.]

B. I. 57
Aug. 24, 1394

Hec indentura testatur quod Iohannes Sauser de Oxonia sadeler tradidit & ad firmam dimisit Willelmo Blythebury de eadem villa unum

[1] This is a slip of the scribe for quartodecimo. The date would then be Mar. 21, 1340.

mesuagium cum pertinenciis situatum in hundredo extra portam borialem Oxonie inter unum gardinum magistri & scolarium de le Baliolhalle ex parte australi & unum introitum eorundem magistri & scolarium ex parte boriali, habendum & tenendum predictum mesuagium cum pertinenciis prefato Willelmo a festo sancti Michaelis proximo futuro post datam presencium usque ad finem septem annorum proximo sequencium plenarie completorum, reddendo inde annuatim prefato Iohanni Sauser, heredibus uel assignatis suis tresdecim solidos & quatuor denarios in festis sancti Michaelis, Natalis Domini, Annunciacionis beate Marie Virginis & Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste per equales porciones, ita uidelicet quod si predicta annua firma ad aliquem terminum quo solui debeat aretro fuerit in parte uel in toto per quindenam quod extunc bene liceat predicto Iohanni Sauser, heredibus vel assignatis suis in predicto mesuagio cum pertinenciis distringere & districciones sic captas abducere, asportare & penes se retinere quousque de predicta annua firma simul cum arreragiis si que fuerint eisdem plenarie fuerit satisfactum. Et si sufficiens districcio in predicto mesuagio cum pertinenciis inueniri non poterit, extunc bene liceat prefato Iohanni Sauser heredibus uel assignatis suis in predicto mesuagio cum pertinenciis intrare & rehabere, conuencione inde facta non obstante. Et predictus Willelmus omnes domos & parietes & eciam omnia necessaria predic*to* mesuagi*o* durante termino predicto emendabit, reparabit & sustentabit sumptibus suis propriis & expensis. Et in fine illius termini illud mesuagium cum pertinenciis in adeo bono statu seu meliori quo illud recepit dimittet. Et predictus Iohannes & heredes sui predictum mesuagium cum pertinenciis prefato Willelmo in forma predicta durante termino predicto contra omnes gentes warantizabunt & defendent. In cuius rei testimonium sigilla parcium predictarum partibus huius indenture alternatim sunt appensa, hiis testibus, Thoma Houkyn, Willelmo Duc, & Willelmo Reuel & aliis. Dat' in hundredo predicto in festo sancti Bartholomei apostoli anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie decimo octauo.

75.

[John le Sauser grants it to William Blythebury.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes Sauser filius & heres Alicie Sauser dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Willelmo Blythebury de Oxonia unum mesuagium cum pertinenciis

B. 1. 58
June 15.
1396

et Rogerum Bradley defunct' nostros veros et legitimos attornatos coniunctim et diuisim ad intrandum vice et nomine nostro in predicta tofta et curtilagia cum pertinenciis ac plenam et pacificam seisinam et possessionem inde capiendum, et post huiusmodi possessionem et seisinam sic inde captas et habitas ad deliberandum vice et nomine nostro prefatis decano et canonicis seu eorum in hac parte sufficienter attornatis pacificam possessionem et seisinam de & in predictis toftis et curtilagiis, secundum vim et formam et effectum carte predicte prout in eadem carta plenius continetur, que quidem carta in omnibus suis viribus et effectibus quoad possessionem et seisinam capiendas & liberandas die confectionis presencium restat minime executa et infecta per prefatos attornatos nostros, uel eorum alterum ; Quare ob diuersas condiciones super liberacione carte predicte prefatis decano et canonicis ex parte dictorum decani et canonicorum perimplendas et per eosdem non observatas, sciatis nos prefatos magistrum et scolares predictos attornatos nostros et eorum alterum ac potestatem illam eisdem virtute carte predicte si que fuerit commissam omnino, totaliter et perpetuis temporibus revocasse, euacuasse ac pro nichilo habuisse ac si cassata fuerat carta illa, inhibentes autem prefatum Georgium ne ad execucionem alicuius status virtute carte illius in aliquo procedere presumat ; ac insuper iam pateat universis per presentem cartam nostram nos prefatum magistrum et scolares unanimi concensu et assensu nostro attornasse et plenam potestatem nostram concessisse et commisisse magistro Willelmo Wryght et magistro Iohanni Kytson in artibus magistris coniunctim et diuisim ad intrandum vice et nomine nostro in omnibus predictis toftis et curtilagiis et in eorundem fundis ac eciam in quibuscumque edificiis et aliis super eadem de novo ceptis, erectis, siue constructis siue iacentibus vel contentis, et quascumque alias personas si que fuerint a possessione eorundem amovere et totaliter expellere dictosque Willelmum Wryght et Iohannem Kytson attornatos nostros seu eorum alterum omnia predicta tofta et curtilagia ac cetera premissa ad usum et opus nostrum predictorum magistri et scolarium et successorum nostrorum retinendum et possidendum, ratum et gratum habituri totum et quicquid dicti attornati nostri seu eorum alter in premissis fecerint vel fecerit in aliquo premissorum. Dat' apud Oxoniam quinto die Octobris anno regni regis Henrici octaui fidei defensoris et domini Hibernie vicessimo secundo. In cuius [&c. sealing].[1]

[1] With a portion of the College seal.

214.

[A petition to Chancery with interrogatories and depositions.][1]

Nov. 1556–Dec. 1557

In moste humble wise complayning shewith unto your grace your daily oratours and bedemen William Wright, clarke, maister of Baille Colledge in Oxforde and the fellowes of the same, That whear they the said Mr and fellowes were seasid in there demeane as of fee as in the right of there said Colledge of and in eighte tofts and eight curtilages whereof one was callid the Dolphins Ine lying and being in Oxforde aforesaide in a streate there callid Fishe Streate which said tofts were sumtyme builded and also of and in one other toft and curtilage there lately callid London Colledge of the clere yerely value in the hole of x lib. viii s., and so being of the premysses seasid upon consideracions and promys made by one Roberte Carter, clerke, to one John Bradeley senior fellowe, being lefte in the said Colledge in the tyme of sicknes, the maister and other of the Colledge being then in the cuntrey, on the behalf of Thomas Woolcey, sumtyme Archebusshop and Cardinall of Yorke, that large and ample recompence thereof should be to hym and to the said Colledge made as welle for the lands and tenements as for all the timber, iron, leade, stone, slatt, whiche then at the firste sight was praisid and estemyd better then a thousand marks, the said John Bradley by secret meanys unwares unto the maister and the Company did get out there commen seale and therby did geve and graunte and by that dede under there commen seale of the said Colledge bering date at Oxforde the xviiith daie of Aprill in the xviith yere of the reigne of the late king of famous memorie king Henry theight did confirme all the said tofts and curtilages with thappurtynaunces unto one John Higdon doctor in Divinitie, then Deane of the Colledge of the said Thomas Woolsey, commonly callid Cardinall Colledge in the Universitie of Oxford and the Cannons of the same Colledge, to have and to holde all and singular the said tofts and curtilages with thappurtynaunces unto the said Deane and Cannons and to there successours to the use of them the said Deane and Cannons and of there successours for ever, as by the same dede more plainly maie appear; By reason whereof the said Deane and Cannons of the said Colledge then callid the Cardinall Colledge were of the premysses seasid in there demeane as of fee as in the right of there said Colledge,

[1] This document is not at Balliol but at Christ Church, drawer 183.

the same tofts and curtilages then being included within the precincte of the scite of the said late Colledge commonly callid the Cardinall Colledge; So it is and it like your good grace that afterwards the same Colledge was dissolvid and the same Colledge with the said scite and other the lands of the same Colledge came to the hands and possession of the said late king Henry the VIIIth; By reason whereof the said late king was seasid in his demeane as of fee of and in the premysses and hee being thereof so seasid gave the premysses emong others unto the Deane and Chapiter of the Cathedrall Churche of Christe in Oxforde of the said late king's foundacion and to there successours for ever; By force whereof the same Deane and Chapiter have enterid into the said premyses with thappurtynaunces and the same dothe wrongfully witholde from your said oratours without making any recompence for the same; And albeit that your said oratours have divers and sundry tymes requierid of them thereof recompence to be made unto the same your said oratours, yet that to do they have utterly refusid and yet do contrary to all right, equitie and good conscience, notwithstandinge that at suche tyme as the said late king Henry theight, being personally in the Universitie of Oxford and then standing upon the grounde of Bailye Colledge aforesaid, as it was then enformyd hym at the humble suite and requeste of the maister and fellowes then beinge of the same Colledge moste graciously tendering and considering there juste suite and povertie of the said Colledge and also the greate injurie and wronge done to them in that behalfe commaunded unto Thomas Crumwell late lorde Crumwell then there beinge present that he on the behalf of the said late kinge should cause due recompence to the said Colledge thereof to be made without delaie, which hetherto is not done; And forasmoche as the said dede of gifte of the said premysses under the commen seale of Baille Colledge aforesaid ys commen to the hands and possession of the said Deane and Chapiter, as is beforesaid, notwithstanding the same dede at the firste was delivered by the said Brodley unto the said Roberte Carter upon condicion of recompence to be made as both the said Roberte Carter and also the foresaid John Brodeley divers tymes since hathe testified, your said oratours ar without remedy by thorder of the commen lawes of this realme and without all other helpe and remedy unles your good and gracious favour be to them shewid in this behalf. Yt maie therfore please your good grace, the premysses tenderly considerid and that your grace maie therby be certified of the hole truthe of the premisses to graunte the King and Quenes most gracious writ of commyssion to

be directid unto Thomas Reynolds,[1] doctor in divinitie and vicechauncellour of the Universitie of Oxforde, Robert Morrent clerk, president of Corpus Christi Colledge in Oxforde, William Tresham doctor in divinitie and Walter Wright doctor of lawe and archedeacon of Oxforde geving them auctoritie by the same commyssion to examyne and trie the truthe of the said matter and thereof to make unto your grace certificat into the Kinge and Quenes moste honerable courte of Chauncery at a certen daie by your grace therein to be lymytted and appointed and also commaunding the said Deane and Chapiter then and there personally to appeare and to stande to and abide such order as your grace shall then take therin accordinge to right, equitie and good conscience, and your said oratours shall daily praie to Almightie God for the preservacioun of your grace in moche prosperitie and honour longe to contynue.

The deposicions of certen witnesses receavid, sworne and examined by us Robert Morrent, president of Corpus Christi College in Oxford, William Tresham, doctor of divinitie & Walter Wright doctor of lawe and archedeacon of Oxon, in Corpus Christi Colledge in the Universitie of Oxford by vertue of the King and Quenes highnes Commyssion to us directed upon certen articles on the behalf of the maister and fellowes of Ballioll Colledge in the foresaid Universitie of Oxford, which we certifie into the highe courte of Chauncery as hereafter followith.

The articles

First whether you have knowen that the maister and fellowes of Bailye Colledge in Oxford have byn seasid in tymes paste in the right of there howse of any lands and tenements as tofts and curtilages lying in or upon a streate of the Towne of Oxforde callid Fisshestrete within the parish of Saincte Towles there.

Item, if the said maister and fellowes had any such tenements, tofts or curtilages, what was the number of them and whether the Dolphin and a certen place callid London Colledge was any of the said tenements or tofts.

Item, whether the said tenements or tofts were builded or no; and what the stuffe was worthe before they were taken downe.

Item, what was the yerely value and rent of all the said tofts and curtilages above the necessarie yerely charges for and going out of the same countinge one yere withe another.

[1] Reynolds was commissary from Nov. 10, 1556–Dec. 16, 1557.

Item, whether that you have knowen that a dede of gifte under the commen seale of Bailye Colledge was made and graunted to the lorde Cardinall Woolsey of all the said tenements, tofts and curtilages, wherby he myght geve and dispose them at his owne will and pleasure and he therupon included them within the scite of the Colledge then callid Cardinall Colledge and nowe Christe Churche.

Item, whether at any tyme heretofore any recompence hathe byn made to the said Mr. and fellowes of Bailye Colledge for the said tenements, tofts and curtilages in money or otherwise.

Item, whether king Henry the VIIIth did commaunde maister Crumwell, late lorde Crumwell, for xvi or xvii yeres paste that the said Mr. and fellowes of Bailye Colledge should be justlye recompensid for suche grounde of theires as was conteynid within the site of his Colledge then callid kinge Henry the eights Colledge and now callid Christe Churche.

Thomas Lambe of the parishe of Saincte Towles, where he hathe dwellid xliiii yeres or thereabought, lxxvi yeres of age, deposithe as followithe.

To the firste he deposithe and saithe that he knewe that the Maister and Fellowes of Ballioll Colledge in Oxforde had lands and tenements, curtilages and tofts within the paroche of Saincte Towles lying in the Fisshe Streete on the easte side of the same streete.

To the seconde he deposithe and saithe that the said maister and Fellowes had seven meases or tofts whereof the Dolphin Ine was one and London Colledge one other.

To the therde he saithe that he knewe that the said tofts were builded but what the stuffe of those buildings were worthe before they were taken downe he cannot depose.

To the iiiith he saithe he cannot depose certenly but saithe that the yerely rent of Dolphin Ine was fower marks. For the reste he knoweth not what rent they were of.

To the vth he saithe that all the said tofts and tenements and London Colledge were taken in by the lorde Cardinall Woolsey and be nowe included within the scite of Christ Churche.

To the sixte he knoweth of no recompense that was made to the maister and fellowes of Balliol Colledge, as he saithe.

To the viith he cannot depose anye thing as he saithe, but that he hathe harde worshipfull men saie that kinge Henry the VIIIth commaunded then Mr Crumwell late lorde Crumwell to make recompence

for the said tofts to the maister and fellowes of Ballioll Colledge for that tyme beinge and otherwise he cannot depose.

William Mundie citizen of Oxforde of the parishe of Saincte Towles, where he hathe dwellid these liiii yeres, lxvi yeres of age or thereaboughte, deposithe as followith.

To the first he deposithe and saithe that the maister and fellowes of Baily Colledge in Oxforde had certen lands, tofts, curtilages and tenements lying within the parishe of Saincte Aldates in a streete callid Fishe Streate there of his certen knowledge.

To the seconde he saithe that the said maister and fellowes had nyne tenements or curtilages within the said parishe whereof one was London Colledge, another was the Dolphin, the therde laie on the south side of the Dolphin and thother sixe laie towards Carfaxe not having any backesides or garden grownds except onlie London Colledge and the Dolphin Ine.

To the therde he saithe that the tofts were olde buildings and hansome howses of his certen knowledge but what the stuff of them was worthe he cannot tell as he saithe.

To the iiiith he cannot any thinge depose as he saithe.

To the vth he saithe he cannot tell whether any gifte of the said tofts and curtilages was made by the maister and fellowes of Ballioll Colledge to the lorde Cardinall Wolsey, but saithe that the foresaid tofts be included within the site of Christe Churche of his certen knowledge.

To the vith he saithe he knoweth of no recompense made.

To the viith he aunswerithe and saith that he cannot depose.

Peter Rolve of the parishe of Saincte Aldates where he hathe dwellid these lii yeres contynually together, of lxix yeres of age or theraboughts, deposithe as followith.

To the firste he saithe he knoweth that the maister and fellowes of Bailye Colledge in Oxforde in the right of there howse had sixe smale tenements, tofts or curtilages and a shopp, the Ine callid the Dolphin and London Colledge in the parish of Saincte Towles.

To the second he hathe aunswerid in the firste.

To the therde he saithe that all the said tofts and curtilages were builded and every of the smale tofts had a shopp.

To the iiiith he cannot depose as he saithe.

To the vth he cannot depose of any dede of gifte made but saithe

the lorde Cardinall Woolsey causid them to be taken in to Friswis, then callid Cardinall Colledge, nowe callid Christ Churche and be nowe within the circuite of the same.

To the vi^th^ and vii^th^ he cannot depose as he saithe.

Master Doctor Marshall, Deane of Christ Church in Oxford, Master Alexander Belsire and maister Henry Sidall, cannons there being examined whether recompense hathe byn made to the maister and fellowes of Ballioll Colledge for the tofts and curtilages which they demaunde aunswer and saie that, notwithstanding they knowe not the contrary but that they ar recompensid, for that they have there owne evidence againste them, yet that they thinke upon heresaie they ar not recompensid; and agayne, if they be not recompensid that the said Deane and Chapiter ought nether in lawe nether in conscience to make recompense; not in lawe, for that they have a dede of gifte from Bailye Colledge under there commen seale againste them; nether in conscience, partly bicause the founder of Christe Churche gave to Christe Churche the said lands with warrantize and clause of discharge of them for ever, partely bicause the said Bailye Colledge myght have had recompense at kinge Henry theight his hands, other els by king Edwarde the VI^te^ yf they had declarid there lacke and followid there suite ernestlye as others did, who have had recompence in like case.

215.

[Balliol grants to John de Somervylle an annuity secured upon the tenements of the College in Oxford.]

Omnibus hanc cartam indentatam visuris vel audituris Hugo de Corbrigge magister domus de Balliolo Oxonie & scolares eiusdem domus salutem in domino sempiternam. Noueritis nos dedisse & presenti carta nostra indentata confirmasse magistro Iohanni de Someruyllé de Bourtoneanneys in comitatu Ebor' quemdam annuum redditum viginti trium librarum, sex solidorum & octo denariorum exeuncium & prouenienciumde omnibus & singulis terris & tenementis nostris in villa Oxonie & suburb*iis* eiusdem ville, videlicet sex libras argenti de una aula cum pertinenciis in Oxonia vocata Burnelesyn, situata in parochia sancti Edwardi in quodam angulo ex opposito cimiterii ecclesie sancte Frideswyde Oxonie inter tenementum prioris & conuentus sancte Frideswyde Oxonie ex parte orientali & B. 9. 20 May 5, 1342

quandam placeam terre nuper vocatam Cokewoldeshall ex parte occidentali[1]; et septem libras argenti de uno mesuagio nuper vocato sinagoga Iudeorum cum octo shopis, octo celariis & octo solariis cum suis pertinenciis in Oxonia situato coniunctim in parochia sancti Aldati inter tenementum Ioseph de Wodestoke & Alicie uxoris eius ex parte boreali & tenementum dictorum prioris & conuentus sancte Frideswyde ex parte australi; et decem et septem solidos argenti de tribus shopis cum pertinenciis in Oxonia, situatis coniunctim in dicta parochia sancti Edwardi inter tenementum Ricardi Cary ex parte una et terram nostram ex parte altera; et tresdecim solidos & octo denarios de mesuagio nostro capitali cum pertinenciis in suburbio predicto vocato Baillolehalle situato extra portam borialem Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene iuxta mansum monachorum de Durham; et triginta & duos solidos argenti de una aula cum pertinenciis in Oxonia vocata Chymerhalle situata in parochia sancti Edwardi inter tenementum abbatis & conuentus de Abyndon ex parte boriali et tenementum dictorum prioris & conuentus sancte Frideswyde ex parte australi; et viginti solidos argenti de una aula cum pertinenciis in Oxonia vocata Herthalle situata in parochia sancti Iohannis de Mertone inter tenementum aule de Mertone ex parte orientali & tenementum priorisse & conuentus de Lutlemor ex parte occidentali; et viginti & octo solidos argenti de una aula cum pertinenciis in Oxonia vocata aula sancti Hugonis situata in parochia sancte Mildrede virginis inter terram aule Exonie ex parte occidentali & terram nostram ex parte orientali; et sexaginta solidos argenti de sex scolis cum pertinenciis in Oxonia, videlicet de tribus celariis & tribus solariis, que dicuntur Beaufrount, situatis coniunctim in dicta parochia sancte Mildrede in vico scolarum inter tenementum aule Exonie ex parte una & altam viam ex parte altera; et triginta & sex solidos argenti de quatuor scolis cum pertinenciis in Oxonia, videlicet de duobus celariis & duobus solariis situatis coniunctim in dicta parochia sancte Mildrede inter tenementum priorisse & conuentus de Stodleghe ex parte una & altam viam ex parte altera; soluendos annuatim prefato magistro Iohanni ad duos anni terminos videlicet ad festa Pentecost' et sancti Martini in yeme per equales porciones; habendum & tenendum totum predictum annuum redditum viginti trium librarum, sex solidorum & octo denariorum prefato magistro Iohanni ad totam vitam suam ad terminos predictos.

[1] Probably east and west should here be transposed: Greekhall belonging to St. Frideswide's was on the west of Burnel's Inn, Cokewoldes apparently on the east. It is a common error.

Et si predictus annuus redditus ad aliquem terminum aretro fuerit in parte vel in toto durante vita ipsius magistri Iohannis, concedimus pro nobis & successoribus nostris quod bene liceat predicto magistro Iohanni & suo certo attornato durante vita ipsius magistri Iohannis in omnibus & singulis terris & tenementis nostris tam in capitali mesuagio nostro predicto cum pertinenciis vocato le Baillolehalle quam in omnibus & singulis aliis terris & tenementis nostris predictis distringere & districciones retinere donec satisfactum fuerit eidem magistro Iohanni de toto predicto annuo redditu viginti trium librarum, sex solidorum & octo denariorum simul cum arreragiis eiusdem. Et nos predicti Hugo & scolares dicte domus de Balliolo & successores nostri totum predictum annuum redditum viginti trium librarum, sex solidorum & octo denariorum predicto magistro Iohanni ad totam vitam suam contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus & defendemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune huic carte nostre indentate apposuimus, et quia predictum sigillum nostrum pluribus est incognitum sigillum maioris Oxonie hiis apponi procurauimus. Hiis testibus Ricardo Cary tunc maiore ville Oxonie, Iohanne de Nortone & Iohanne Peggy tunc balliuis eiusdem ville, Simone de Gloucestre, Ricardo de Selewode, Iohanne de Alestone, Alano de Hetone, Radulfo de Sutertone, Thoma de Leghe clerico & aliis. Dat' apud Oxoniam die dominica proxima ante festum Ascensionis domini anno domini millesimo trescentesimo quadragesimo secundo, et anno regni Anglie regis Edwardi tercii post conquestum sextodecimo, regni vero sui Francie tercio.[1]

III. THE SITE OF THE DIVINITY SCHOOL. 216–39.

In 1295 Thomas de Sowy gave to Hugh de Warkenethby and others four schools with an area behind bounded by Brasenose Lane (called Mildred Lane) on the south, School Street on the east, a tenement once of Laurence Kepeharm, subsequently schools of Exeter College on the north, and a tenement of St. Frideswide's called Patrick Hall on the west. He also gave at the same time three messuages with an area bounded by School Street on the east, the road under the walls on the north, Roger de Sanford on the west and the schools of Studley Priory on the south.

[1] With a small seal, evidently of John de Somervylle.

It seems that the two formed one holding which ran behind the schools of Stodley and Exeter and enclosed them. On February 27, 1309, when an Inquisition *ad quod damnum* was held about these tenements under the name of 'four messuages', the verdict was returned that they were held of the Prior of Bicester at a rent of 7*s*. a year and were worth 30*s*. a year more. The return[1] is endorsed 'Fiat de gracia domini regis sine fine'. In 1342 they had become ten schools, of which four were at the north end of School Street, and six between Exeter Schools and St. Mildred's Lane; the former were worth 36*s*., the latter 60*s*. a year (see no. 215). In 1317 the College received a tenement which faced the walls, known as St. Hugh's Hall, bounded on the east by the Balliol Schools and on the west by a tenement which in a short time was part of Exeter College. In the Inquisition[2] *ad quod damnum* it was stated to be worth 6*s*. 8*d*. a year, but in 1342 the rent was 28*s*. (see no. 215). By 1370 this hall and the schools adjoining had ceased to exist, and the site was let as a garden (no. 231). In 1427 it was granted to the University together with the court which lay at the back of the six remaining schools (no. 234); but this latter portion must have been returned to Balliol as we have bases of it in 1541 and 1566 (nos. 235, 237). In 1550 the schools were only three in number (no. 236); they were still standing in 1566 (no. 237); but in 1570 they had perished as well as the adjoining schools of Exeter (no. 238); in 1572 Balliol disposed of all that remained to it by an exchange with Exeter College (no. 239).

By the means of deed no. 234 we are able to reconstruct with some certainty the dimensions of the holding of Balliol; and if we remember that School Street ran to the east of Bodley's Proscholium, and that the north end of the Proscholium marks the south side of Exeter Lane, we can plot out on the Ordnance Survey the site that was acquired by the University in 1427. When this method is followed it will be found that the Divinity School stands just within this site, and does not encroach on the holding of Studley Priory. We do not know why the University did not acquire the land of Studley as well. There is evidence that the schools on that site did not exist in 1427, and that the ground was vacant; but probably for artistic purposes the architect placed his building as far as possible from School Street and Exeter Lane, so that it was found unnecessary to acquire the property of Studley. In Bereblock's picture of the Divinity School we see that there were two towers at the west end, no doubt containing staircases, and probably the main door was at the west end.

[1] Record Office, Inq. ad q. d. 74. 16.

[2] ditto 116. 6.



SITE OF THE
DIVINITY SCHOOL.

216–21. The Acquisition of the Schools.

216.

[Thomas de Sowy grants four schools, three messuages, and two sites to three clerks.]

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas de Sowy burgensis Oxonie dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui magistris Hugoni de Warkenethby & Iohanni de sancto Germano & Thome de Heyworthe clerico & scolari quatuor scolas cum una area adiacente que uocantur Beufrount[1] & que site sunt inter terram & tenementum Prioris sancte Frideswide Oxonie & tenementum quod fuit Laurencii Kepherm in parochia beate Marie Oxonie, & tria messuagia angularia contra muros uille cum una area proxima que messuagia & area sita sunt inter terram Priorisse de Stodley ex una parte & terram que fuit Rogeri de Sanford in parochia supradicta; habenda & tenenda omnia predicta tenementa cum omnibus pertinenciis suis predictis Hugoni, Iohanni & Thome & heredibus suis seu assignatis quibuscumque & quandocumque dare uoluerint, uendere uel assignare tam in egritudine quam in sanitate libere, quiete, pacifice & integre in perpetuum, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis seu assignatis unum clauum gariofili ad Pascha & Priori & conuentui Bernicestrie tanquam capitalibus dominis quatuor scolarum que dicuntur Beufrount & aree adiacentis septem solidos ad duos anni terminos, uidelicet ad festum sancti Michaelis tres solidos & sex denarios & ad Pascha tres solidos & sex denarios pro omni seruicio, sectis curie, consuetudine, exaccione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione, concessione, warantizacione & presentis carte mee confirmacione dederunt michi predicti H., I., and T. sexaginta decem marcas sterlingorum pre manibus. Ut igitur omnia predicta firma & stabilia sine dolo in perpetuum permaneant, presentem cartam sigilli mei inpressione roboraui die Ueneris proxima ante gulam Augusti, anno domini MCC nonogesimo quinto, hiis testibus, Henrico Oweyn, Iohanne de Ow, Philippo fratre suo, Iohanne Kiluert, Andrea filio eiusdem, Willelmo de Wodeston, Waltero Bost, Roberto de Wellis, Roberto de Brakeley & multis aliis. A. 7. 1 July 27, 1295

A duplicate of no. 216. A. 7. 2

[1] The schools on the west side of School Street north of Brasenose lane were called Beufrount.

217.

[Thomas de Sowy grants the same to two clerks.]

A. 7. 3

Sciant presentes & futuri quod [&c. as in no. 216 . . .] confirmaui magistris Hugoni de Warkenethby & Willelmo de Gotham clericis & scolaribus uel eorum qui diucius uixerit quatuor scolas [&c. as in no. 216].

218.

[Margery le Cuulter quitclaims her rights in part of the land late of Thomas de Sowy.]

A. 7. 4
Mich. 1307–Mich. 1308

Notum sit omnibus quod ego Margeria que fuit (*sic*) uxor Elye le Cuulter[1] in ligia uiduitate mea concessi, dimisi, & presenti scripto quietum clamaui magistro Hugoni de Werkebi totum ius & clamium quod habui uel habere potui nomine dotis in omnibus tenementis cum pertinenciis in Oxonia que fuerunt predicti Elye & que tenementa predictus Hugo habuit de dono & feofamento Thome de Sowy; habendum & tenendum predicto Hugoni & heredibus suis uel suis assignatis in perpetuum; ita quod nec ego [&c.]; in cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Dokelingtone tunc maiore Oxonie, Willelmo de Burencestria & Iohanne de Hamptone tunc balliuis eiusdem, Ricardo le Espicer, Andrea de Pirie, Philippo de Wormenhale, Radulfo le Mercer & aliis.

219.

[Alice de Stokwell quitclaims her rights in the four schools of Beufrount.]

A. 7. 5
June 21, 1310

Notum sit omnibus & singulis quibus noticia presencium peruenerit quod ego Alicia que fui uxor Egidii de Stokwelle in pura uiduitate ac legia potestate mea remisi & omnino quietum clamaui magistris Hugoni de Warkneby, Willelmo de Gotham & heredibus ac assignatis suis in perpetuum totum ius meum & clamium quod habui uel aliquo modo habere potui nomine dotis uel alterius cuiuscumque iuris in quatuor scolis Bellefrontis cum pert. suis que fuerunt quondam predicti Egidii uiri mei & que predicti H. & W. modo tenent in Oxonia

[1] We learn from *Cart. St. Frid.* i. 448 that Elyas le Quilter held land on the east side of Patrick Hall.

in parochia beate Marie uirginis eiusdem uille; ita uidelicet quod nec ego [&c.]: in cuius [&c. sealing]; dat' Oxonie die dominica proxima ante festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi tercio.

220.

[Peter de Bradele grants his rights to William de Gotham.]

Sciant presentes & futuri quod ego Petrus de Bradele scolaris domus dicte de Balliolo in Oxonia dedi concessi & hac presenti carta mea confirmaui magistro Willelmo de Gotham dicte domus consocio porcionem meam totam, ius totum & clamium celarii parue Bellefrontis, que uel quod in ea habui uel habere potui, quam quidem porcionem, ius & clamium una cum porcione quadam, iure & clamio in septem aliis[1] ex eadem parte uici scolarum, uidelicet in tribus scolis Bellefrontis & in solario & celario angularibus contra muros uille & solario & celario eisdem uicinis ex parte australi una cum gardino eisdem pertinente & adiacente ex parte occidentali, concessam quiete clamatam habui a magistro Iohanne de sancto Germano[2]; tenendam & habendam dictam porcionem celarii antedicto magistro Willelmo & heredibus suis uel suis assignatis & quibuscunque dare, uendere, uel legare uoluerit de me & heredibus meis uel meis assignatis bene, quiete, pacifice in perpetuum, reddendo inde annuatim unam rosam in festo Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste michi & heredibus meis uel meis assignatis pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda, saluo forinseco seruicio domini regis. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, magistro Thoma de Pontefracto, magistro Adam de Kurle, domino Stephano de Cornubia, domino Ricardo de Camesale, domino Galfrido de Tendrynge & aliis. A. 7. 6 1295–1310

221.

[The tenements are granted to Balliol.]

Sciant presentes & futuri quod nos Hugo de Werkeneby & Willelmus de Gotham clerici dedimus, concessimus & hac presenti A. 7. 7 July 12, 1310

[1] No word is omitted here; we should expect *scolis* or *edificiis*.

[2] In 1342 Balliol had six schools called Beaufront, three of them on the ground floor and three on the first floor at the corner of School Street and Brasenose Lane, and four schools at the northern corner, two of them solars and two cellars (see no. 215). It seems from this deed that they had already been rebuilt in this way.

carta nostra confirmauimus magistro domus Scolarium de Balliolo Oxonie & scolaribus eiusdem domus quatuor[1] mesuagia cum area adiacente & aliis pertinenciis in parochia sancte Marie uirginis[2] in uico scolarum artistarum ad inueniendum quendam capellanum in capella sancte Katerine eiusdem domus singulis diebus diuina celebraturum iuxta formam, uim & effectum carte domini regis [licenciam][3] nobis & eis specialem in hac parte tribuentis, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante; que quidem mesuagia cum area adiacente & aliis pertinenciis habuimus ex donacione, concessione, tradicione Thome de Sowy burgensis Oxonie pro quadam summa pecunie sibi soluta pre manibus; habenda & tenenda predicta mesuagia cum area adiacente & aliis pert. prefato magistro & scolaribus & eorum successoribus quiete, libere, integre, bene & in pace in perpetuum; reddendo inde annuatim capitalibus dominis feodi illius seruicia inde debita & consueta. Et nos predicti H. & W. & heredes nostri & assignati predicta mesuagia [&c.] prefato magistro & scolaribus quieta clamauimus in perpetuum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Dokelingtone tunc maiore, Ricardo de Berkele, Willelmo le Catur tunc balliuis Oxonie, Andrea de Pyry, Thoma de Pyry, Ricardo Owre, Henrico de Lynne & multis aliis. Dat' Oxonie die dominica proxima post festum Translacionis sancti Thome martiris anno domini MCCC decimo.

222–30. The Acquisition of St. Hugh's Hall.

222.

[Richard Sebriht quitclaims land to Henry Unwais, who sells it to Nicholas Hwistle.]

A. 9. 1 Mich. 1228–Mich. 1229

Sciant presentes & futuri quod ego Henricus Unwais concessi, dimisi & liberaui[4] Nicholao Hwistle illam terram cum pertinenciis que iacet inter terram que fuit Aluredi Luth & terram Walteri Longi

[1] It is difficult to see how they could be reckoned as four messuages. Deed no. 220 seems to imply that at the NE. corner there were by this time only two messuages; the six schools at the SE. corner might be reckoned as one messuage or three.

[2] In nos. 216 and 219, as here, it is stated that these schools were in the parish of St. Mary, not St. Mildred; in no. 215 they are all reckoned to be in St. Mildred's.

[3] Not in MS. For the king's licence see no. 242.

[4] It seems that this was the legal phrase for a sale at this time; in no. 180, which is of about the same date, we have the same form 'concessi, dimisi & liberaui'. In later time 'dedi' would have been used in addition, and perhaps 'vendidi' as well.

in parrochia sancte Mildrede in Oxonia, illi & heredibus suis, habendam & tenendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim uiginti denarios, unde reddet annuatim pro me & heredibus meis capitali domino sexdecim denarios, scilicet die Ascensionis domini octo denarios & die Animarum octo denarios, et luminari ecclesie sancte Mildrede duos denarios ad Pascha, et Iohanni de Garsindone & heredibus eius unum denarium ad Pascha, et michi & heredibus meis annuatim unum denarium ad Pascha pro omni seruitio. Et sciendum est quod ego Ricardus Sebrith relaxaui & quietum clamaui pro me & heredibus meis Henrico Unwais & heredibus eius & Nicholao Wistle & heredibus eius totum predictum tenementum cum omnibus pertinenciis. Pro quo tenemento pepigi quondam Henrico Unwais ministrare ei necessaria in uictu & uestitu, quod urgente necessitate mea eidem Henrico perficere non potui. Et ego Henricus Unwais & heredes mei et ego Ricardus Sebrith & heredes mei warantizabimus predictum tenementum cum pertinenciis predicto Nicholao & heredibus eius contra omnes homines & feminas. Pro hac autem concessione, dimissione, liberatione & warantizatione predictus Nicholaus dedit nobis decem marcas sterlingorum in gersuma. Et ut hec predicta rata permaneant hoc scriptum sigillis nostris confirmauimus. Hiis testibus, Iohanne Pady tunc maiore, Philippo Molendinario, Roberto Oein, Hugone Faluo & Toma le Granger tunc prepositis, Toma filio Widonis, Ricardo Cordewanario, Willelmo Crompe, Pentecoste.[1]

223.

[William Pille grants a messuage to Roger de Sanford.]

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus Pille & Cristina uxor mea dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Rogero de Sanford in liberum maritagium cum Margareta filia Willelmi de Farendone unum mesuagium cum pertinenciis, quod iacet inter terram que aliquando fuit Thome Uileyn & terram meam Willelmi Pille in parochia sancte Mildrede Oxonie; habendum & tenendum predictis Rogero & Margerie & heredibus suis de predicta Margeria

A. 9. 2 Mich. 1268–Mich. 1269

[1] With two green seals, each a fleur-de-lis, but of different forms, about 1 in. in diameter; on the right S' RICARDI SEBRIHT, on the left S' HENRICI VNWASSE. There can be no doubt that this refers to the same property as no. 223; for there is a charter at Magdalen stating that William Pille obtained the land of Alured Luth.

procreatis de nobis & heredibus nostris uel nostris assignatis libere, quiete, pacifice & integre, reddendo inde annuatim nobis & heredibus nostris unum denarium ad Pascha & capitalibus dominis illius feodi seruicium debitum & consuetum pro omni seruicio, exaccione & demanda. Et nos [&c. warranty]. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kyngestone tunc maiore Oxonie, Henrico Oweyn, Iohanne de Eu tunc ballivis, Iohanne de Collesulle, Galfrido de Hegseye, Galfrido Aurifabro, Galfrido le Mercer, Willelmo Kepeherm, Thoma Clerico & aliis.[1]

224.

[Cristina Pille quitclaims to Marioria, widow of Roger de Sanford, all right in the property.]

A. 9. 3 Mich. 1283–Mich. 1284

Sciant presentes & futuri quod ego Cristina Pille relicta Willelmi Pille in mea viduitate ac ligia potestate mea dimisi, concessi & omnino quietum clamaui pro me & heredibus meis Mariorie relicte Rogeri de Sandford filie mee pro seruicio suo totum ius & clamium quod habui uel aliquo modo habere potui in illo mesuagio cum omnibus pertinenciis suis quod situm est inter terram que quondam fuit dicti Willelmi Pille ex una parte & terram Henrici Owayn ex altera in parochia sancte Mildride uirginis in Oxonia; habendum & tenendum dicte Mariorie pro seruicio suo & heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, bene & in pace hereditarie in perpetuum; ita quod nec ego dicta Cristina nec aliquis heredum meorum nec aliquis per me uel pro me in dicto mesuagio cum omnibus pertinenciis suis aliquid iuris uel clamii de cetero exigere poterimus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Especer tunc maiore Oxonie, Philippo de Eu, Helya le Quilter tunc balliuis eiusdem, Nicholao de Kyngestone, Henrico Owayn, Iohanne de Eu, Iohanne Culuerd, Roberto de Brackele, Paulino de Criditone & aliis.[2]

225.

[Walter de Sanford sells to Geoffrey de Horkestow and Richard de Staynton.]

A. 9. 4 July 5, 1310

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus de Sanford burgensis Oxonie dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui magistris

[1] With two green seals, pointed oval; on the right, $1\frac{1}{4}$ in. × $\frac{7}{8}$ in., a crescent and star, S' CRISTIHNE PILLE; on the left, 1 in. × $\frac{5}{8}$ in., a fleur-de-lis, S'WILL'I PILLE.

[2] Seal as on no. 223.

Galfrido de Horkestow & Ricardo de Stayntoune clericis uel eorum alteri qui diucius uixerit unum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis contra muros ville in parochia sancte Mildrede, quod iacet inter tenementum magistrorum Hugonis de Warkinby et Willelmi de Gotham ex parte orientali et tenementum Thome de Henkessay ex parte occidentali; habendum & tenendum cum omnibus pertinenciis suis predictis Galfrido et Ricardo vel eorum alteri qui diucius uixerit et heredibus suis seu assignatis quibuscumque et quandocumque dare uoluerint, legare, uendere vel assignare tam in egritudine quam in sanitate libere, quiete, pacifice & integre in perpetuum; reddendo inde annuatim capitalibus dominis feodi sexdecim denarios ad festum sancti Michaelis et luminari ecclesie sancte Mildrede duos denarios ad Pasca pro omni seruicio, sectis curie, consuetudine, exactione et demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dederunt michi predicti Galfridus & Ricardus viginti marcas sterlingorum pre manibus. Ut ergo [&c. sealing], die dominica proxima ante festum Translacionis sancti Thome martiris anno domini MCCC decimo, hiis testibus, Iohanne de Dokelyntone tunc maiore Oxonie et Ricardo de Berkele et Willelmo le Katour tunc balliuis, Andrea de Piry, Thoma de Sowy, Petro de Haniburg', Roberto de Wellys, Ricardo Owre et multis aliis.[1]

Endorsed. Feofamentum Walteri de Saunford pro aula sancti Hugonis.

226.

[A receipt for four marks paid to the widow of Walter de Saunford.]

Universis ad quos presentes littere peruenerint Emma Sewy vidua salutem in domino sempiternam. Noueritis quod ego Emma recepi quatuor marcas sterlingorum de magistris Galfrido de Horkestowe & Ricardo de Steyntone ad usum Iuliane uidue filie mee relicte Walteri de Saunforde pro quieta clamacione dotis sue de aula sancti Hugonis eisdem magistris Galfrido & Ricardo predictis facta, obligans me & omnia bona mea ad solucionem seu retradicionem quatuor marcarum prefatis magistris G. & R. sine aliqua contradiccione faciendam si contingat, quod absit, dictos magistros G. &. R. a dicta Iuliana seu aliquo alio eius nomine pretextu exaccionis dotis predicte seu aliquarum arreragiarum aut qualiumcumque peticionum dotis predicte in aliquo

A. 9. 5
Ap. 29, 1314

[1] Seal circular, ¾ in., a shield quartered; there are crosses in the two bottom quarters and a star in one of the top quarters: S' W. DE S.

de cetero inquietari. Ad que omnia firmius obseruanda Iohannem de la More fideiussorem inueni, qui se in solidum constituit debitorem principalem. Et ad hec omnia obseruanda tam ego quam predictus Iohannes fideiussor meus reuerendi uiri domini Cancellarii Uniuersitatis Oxonie gratis subiuimus condempnacionem. In cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillo domini Cancellarii Uniuersitatis Oxonie presentibus sunt appensa. Dat' Oxonie tercio Kalendas Maii, anno domini millesimo tricentesimo quartodecimo.[1]

227.

[Juliana, widow of Walter de Saunford, quitclaims the property.]

A. 9. 6 Mich. 1313–Mich. 1314

Uniuersis ad quos presentes littere peruenerint Iuliana de Saunforde salutem in domino sempiternam. Noueritis me Iulianam de Saunforde viduam relictam Walteri de Saunford concessisse, dimisisse et omnino quietum clamasse magistris Galfrido de Horkestow & Ricardo de Stayntona totum ius quod habui vel habere potui nomine dotis in aula que vocatur Aula sancti Hugonis iuxta vicum scolarum ex parte occidentali et contra muros ville; ita quod nec ego nec aliquis nomine meo in redditu vel iure aule predicte quouismodo vel de aliquibus arreragiis nomine dicte dotis de cetero vendicare potero vel poterit in perpetuum. Pro hac autem concessione, dimissione et quieta clamatione dotis mee in aula predicta dederunt michi predicti magistri Galfridus & Ricardus quatuor marcas sterlingorum pre manibus. Et ut hec mea concessio, dimissio & quieta clamacio firma et stabilis in perpetuum perseueret has litteras concessionis, dimissionis & quiete clamationis mee predictis magistris Galfrido & Ricardo feci patentes sigillo meo consignatas. Hiis testibus, Willelmo de Birincestre tunc maiore Oxonie, Rogero Mimecan, Ricardo Cary tunc balliuis Oxonie, Andrea de Pyrye, Willelmo Pennard, Ricardo de Cosingtone, Ricardo de Stauntona, Ricardo de Berkele, Thoma de Pyrie clerico et aliis multis.

228.

[Geoffrey de Horkestow and Richard de Stayntone grant it to Balliol.]

A. 9. 7 Nov. 27, 1317

Sciant presentes & futuri quod nos Galfridus de Horkestow & Ricardus de Stayntoune clerici dedimus concessimus & hac presenti

[1] Seals lost.

carta nostra confirmauimus magistro & scolaribus domus de Balliolo Oxonie & eorum successoribus in eadem domo in perpetuum totum illud tenementum cum domibus & omnibus aliis pertinenciis in Oxonia quod fuit quondam Walteri de Sanford contra muros eiusdem uille in parochia sancte Mildrede situatum inter tenementum eorundem magistri & scolarium ex parte orientali & tenementum quondam Thome de Hengseye ex parte occidentali in subuencionem sustentacionis predictorum magistri & scolarium; tenendum & habendum predictum tenementum integre cum domibus, curtilagio & omnibus aliis pertinenciis prefatis magistro & scolaribus predicte domus & eorum successoribus in eadem domo libere, iure, integre in perpetuum iuxta formam, uim & effectum carte domini regis nobis & eis in hac parte licenciam specialem tribuentis,[1] statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, faciendo inde capitalibus dominis feodi illius seruicia inde debita & de iure consueta. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, magistro Iohanne Luterel tunc Cancellario Oxonie, Willelmo de Birincestre tunc maiore eiusdem, Ricardo Cari, Gilberto de Grimstede tunc balliuis, Iohanne de Dokelyntone, Andrea de Pyri, Ricardo le Spicer, Iohanne de Bischoptone, Thoma de Pyri tunc clerico eiusdem uille & multis aliis. Scriptum & consignatum quinto Kal. Decembris, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi undecimo.

Endorsed. Carta de aula sancti Hugonis.

229.

[William de Shareshull renders and quitclaims St. Hugh's Hall to the College.]

Pateat uniuersis per presentes quod ego Willelmus de Shareshulle salutem in domino [*sic*]. Noueritis me tradidisse, concessisse & reddidisse & pro me & heredibus meis imperpetuum quietum clamasse magistro domus scolarium de Baliolo Oxonie illud tenementum quod habui prius ad terminum vite mee ex concessione & dimissione predicti magistri in villa Oxonie; habendum & tenendum predictum tenementum cum omnibus suis pertinenciis predicto magistro & eius successoribus & scolaribus eiusdem domus imperpetuum; ita quod ego predictus Willelmus, heredes mei & assignati nichil iuris seu liberi

A. 9. 8 Mar. 1, 1329

[1] See no. 252 for the King's licence. The Inquisition ad quod damnum (portf. 116, no. 6) dated Oct. 14, 1315, stated that this tenement paid 16*d.* yearly to Thomas de Sowy and was worth 6*s.* 8*d.* a year more.

tenementi (*sic*) in prenominato tenemento de cetero exigere poterimus vel clamare, set ab omni iure & accione simus inde exclusi imperpetuum. In cuius [&c. sealing]. Dat' apud Oxoniam primo die Marcii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tercio.[1]

Endorsed. Feofamentum factum domui per Willelmum de Sareshulle de aula sancti Hugonis.

230.

[Thomas Uppetheware and his wife quitclaim the property to Balliol.]

A. 9. 9
May 10,
1332

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, Thomas Uppetheware de Erdyngtone & Iohanna uxor eius & Margeria filia eiusdem Iohanne salutem in domino sempiternam. Noueritis nos remisisse & omnino pro nobis & heredibus nostris quietum clamasse Iohanni de Pokelyntone custodi domus scolarium de Baliolo Oxonie & scolaribus eiusdem domus & successoribus suis imperpetuum totum ius & clameum quod habemus vel habuimus seu quouismodo habere poterimus in futurum in uno mesuagio cum pertinenciis in Oxonia in parochia sancte Mildride quod vocatur Seynt Huwushalle, & situatur inter tenementum rectoris domus scolarium de Excetrehalle[2] ex parte occidentali & tenementum quondam Thome Vileyn[3] ex parte orientali, occasione successionis hereditarie seu cuiuscumque alterius tituli nobis aut alicui nostrum qualitercumque competenti; ita uero quod nec nos predicti Thomas & Iohanna & Margeria aut aliquis nostrum aliquit iuris seu clamii in predicto mesuagio cum pertinenciis exigere vel vendicare poterimus seu poterit in futurum set ab omni accione iuris & clamio predicti mesuagii cum pertinenciis per presentes simus exclusi. Preterea [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burcestre tunc maiore Oxonie, Stephano de Adyngtone

[1] Seal circular, $\frac{7}{8}$ in., a lozenge SIGILL' WILLELMI LE SARESHVLLE.

[2] In *Registrum Collegii Exoniensis*, p. iii (O. H. S.), the author can give no instance of the name Exeter Hall earlier than 1368. This is thirty-six years earlier.

[3] This seems to be an error; a comparison of no. 223 and no. 224 will show that the tenement of Thomas Vileyn had become the tenement of Henry Owayn in 1283; but it is known that the tenement on the west of St. Hugh's Hall descended from Henry Owayn to his daughter Agatha, and so to Exeter College (Boase, *Hist. of Exeter Coll.*, p. 293). Thomas Vileyn is perhaps to be identified with Thomas de Godestowe (*Magd. Deeds*, All Saints 48), who was to the west of the tenement of Hwistle about 1240. Probably the description of the tenement was taken from no. 223, and Thomas Vileyn was written instead of William Pille by mistake.

& Simone de Gloucestre tunc balliuis eiusdem ville, Andrea de Wormenhale, Iohanne Culuard, Iohanne Mymekan, Iohanne filio Willelmi Bost & multis aliis. Dat' Oxonie decimo die Maii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum sexto.

231–9. Leases, etc.

231.

[Balliol grants a lease of the site to John Holewey.]

Coleshulle tunc maiore Oxonie & Galfrido Aurifabro & Philippo de Ew tunc balliuis, Nicholao de Kyngestune, Galfrido de Hengesheye, Adam filio Walteri, Andrea de Durham, Iohanne Culuerd, Ricardo de Cantuaria, Helya le Quilter, Henrico filio Milonis, Iohanne Filekyng et multis aliis.[1]

407.

[Richard Overhe grants a tenement to John de Wynchindone.]

B. 1. 86 Mich. 1290–Mich. 1291

Sciant presentes & futuri quod ego Ricardus Ouerhe dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Iohanni de Wynchindone & Ysabelle uxori sue totum illud mesuagium cum omnibus suis pertinenciis quod situm est in parochia beate Marie Magdalene in suburbio Oxonie inter terram Henrici Huwain ex parte una & terram quondam Iohannis le Forbur ex altera sub feodo preceptoris de Couele; habendum & tenendum de me & heredibus meis uel meis assignatis sibi & eorum heredibus uel eorundem assignatis libere, quiete, integre, bene & in pace in perpetuum, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel meis assignatis quatuor solidos argenti ad quatuor terminos anni, uidelicet ad festum beati Iohannis Baptiste duodecim denarios & ad festum sancti Michaelis duodecim denarios & ad festum Natalis Domini duodecim denarios & ad festum beate Marie in Marcio duodecim denarios pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda, saluo redditu dominis capitalibus feodi debito & consueto. Et ego [&c. warranty]. Et predicti uero Iohannes & Ysabella uxor eius & eorum heredes uel eorundem assignati predictum mesuagium cum omnibus suis edificiis sustentabunt, emendabunt & reedificabunt, ita quod nec predicti Iohannes & Ysabella nec eorum heredes nec assignati nullum uastum neque strepementum in totum predictum tenementum neque in arboribus crescentibus de cetero facere possint. Pro hac autem donacione [&c.] dederunt michi predicti Iohannes & Ysabella uiginti solidos sterlingorum pre manibus. Et ut [&c.

[1] It is uncertain whether this charter refers to any of the tenements which passed into the hands of Balliol; but the Hundred Rolls mention a house on the west side of St. Giles's Street, near or on the site of the Taylorian, which had been sold by Henry Gamage, before 1279. The 'king's hall' was what afterwards became the house of the Carmelites. A tenement on the west side of St. Giles's might be described as 'over against the king's hall'. The Gamages also had a tenement on the other side of the road near the S.W. corner of Balliol, but this would be 'over against the church', not the king's palace.

alternate sealing], hiis testibus, Iohanne de Eu tunc maiore Oxonie, Willelmo de Wodesdone & Roberto de Wormenhale tunc balliuis eiusdem, Henrico Ouwein, Philippo de Eu, Iohanne Culuerd, Willelmo de Lamburne clerico & aliis.[1]

408.

[John son of Robert the tailor grants a messuage to John de Suttertone.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes filius Roberti Scissoris dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Iohanni de Suttertone de Oxonia & Dyonisie uxori sue quoddam mesuagium[2] cum pertinenciis in suburbio & hundredo extra portam borealem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene situatum inter tenementum Ricardi de Iarpunville ex parte boreali & tenementum Thome Bost ex parte australi; habendum [&c.] prefatis I. & D. & heredibus ac assignatis ipsius I. libere, integre, bene & in pace in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dederunt michi predicti I. & D. quandam summam pecunie pre manibus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Wodestoke tunc balliuo illius hundredi, Iohanne filio Willelmi Bost, Henrico de Bramptone, Thoma de Saunford, Thoma Bost, Ricardo de Iarpunuille, Adam Iarum, Roberto Ouerhe, Willelmo de Cnaresburg & aliis. Dat' in suburbio predicto die Martis in festo sancti Thome archiepiscopi anno regni regis Edwardi tercii post conquestum sexto.

B. 1. 88 Dec. 29, 1332

409.

[John Carlil grants a lease to Isabella le Gurdler.]

Inter nos Iohannem Carlil surgyon de London' & Iohannam uxorem meam ex parte una & Isabellam le Gurdlere de Oxonia ex parte altera conuentum est in hunc modum uidelicet quod nos predicti Iohannes &

B. 1. 88 b Apr. 6, 1349

[1] With the seal of John de Winchedone, a quatrefoil. The Templars of Cowley had but one property in this parish, it was 74 St. Giles's, now the site of the new buildings of the Ashmolean. We are therefore forced to the conclusion that this charter is about the Balliol tenement, which lay next to no. 74 on the south; but it must be confessed that none of our other records, describing the northgate hundred in 1279 and 1291, mention John the Furbur, or Richard Overhee, or Henry Owain as owning or holding tenements at this spot.

[2] Probably only the southern half of the Balliol tenement.

Iohanna concessimus & tradidimus eidem Isabelle unum mesuagium cum pert. in suburbio extra portam borialem Oxonie situatum in parochia beate Marie Magdalene Oxonie inter tenementum abbatis & conuentus de Oseneya ex parte una[1] & tenementum quod fuit Iohannis de Suttertone[2] ex parte altera; habendum [&c.] predicte I. ad totum terminum uite sue de nobis & heredibus nostris, reddendo inde & faciendo annuatim capitalibus dominis feodi illius seruicia inde debita & consueta & nobis & heredibus nostris annuatim ad festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste unam rosam. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Saucer, Stephano de Meritone, Willelmo Sturthup, Adam de Chisilhamptone, Galfrido Burghe & aliis. Dat' in suburbio predicto die Lune proxima ante festum Pasche anno regni regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo tercio.

410.

[Joan widow of William Salf grants a lease to Richard Bourghe.]

B. I. 89
Sept. 16, 1373

Nouerint uniuersi quod inter Iohannam que quondam fuit uxor Willelmi Salfe de Oxonia bocher ex parte una & Ricardum Bourghe & Iohannam uxorem eius ex parte altera conuentum est in hunc modum uidelicet quod predicta Iohanna Salf' uxor predicti Willelmi Salf' sub forma & condicionibus subscriptis concessit, tradidit & dimisit predictis Ricardo & Iohanne unum mesuagium cum pert. in suburbio Oxonie extra portam borialem situatum in parochia sancte Marie Magdalene inter tenementum Ricardi Iarme ex parte australi & tenementum Ricardi Iarpunville ex parte boriali; habendum [&c.] predictis R. & I. & heredibus eorum ac eorum assignatis ad totam uitam ipsius Iohanne que fuit uxor predicti Willelmi, reddendo & faciendo pro predicta Iohanna que fuit uxor predicti Willelmi capitalibus dominis feodi illius & aliis seruicia & redditus inde debita & consueta, reddendo eciam eidem Iohanne ad totam uitam suam sex solidos & quatuor denarios ad quatuor anni terminos Oxonie usuales equis porcionibus & unam tunicam cum capicio precii quatuor solidorum ad festum Natiuitatis [*sic*] domini ac eciam esculenta & poculenta cum indiguerit. [The tenants will do the repairs. Joan will warrant 'ad totam vitam suam'].

[1] No. 73 St. Giles's. The Balliol tenement might be described as bounded either by no. 74 or by no. 73 St. Giles's; for the former was the boundary to the west, the latter to the east.

[2] Sutterton held the southern part of the Balliol tenement; see no. 408.

In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Hertewelle tunc maiore ville Oxonie, Ricardo Salesbury & Waltero Torre tunc balliuis eiusdem ville, Ricardo Adyngtone, Iohanne Grittone, Thoma Wormenhale, Roberto Deye, Reginaldo Westouere clerico & aliis. Dat' apud suburbium predictum die Ueneris proxima post festum Exaltacionis sancte Crucis anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo septimo.

411.

[Thomas Herberfeld grants a messuage to George Neville and others.]

Sciant presentes & futuri quod nos Thomas Herberfelde de Oxonia & Margareta uxor mea dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Georgio Neuille Exoniensi episcopo, Willelmo Lambtone, Roberto Abdy clericis, Willelmo Kylbeke armigero & Iohanni Page de Oxonia totum illud mesuagium nostrum situatum in suburbio extra portam borialem Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene inter tenementum cantarie beate Marie uirginis eiusdem ecclesie & quondam Iohannis Gloucestre ex parte australi & gardinum Petri Marmyone gentilman & quondam Edmundi Forster ex parte boriali; habendum [&c.] prefatis G., W., R., W., & I., heredibus & assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Havylle, Willelmo Raa, Willelmo Taynton, Iohanne Hunche, Iohanne Ady de eadem parochia & aliis. Dat' apud Oxon' penultimo die Februarii anno regni regis Henrici sexti post conquestum Anglie tricesimo septimo.

B. 1. 83
Feb. 27, 1459

Endorsed. Newelle. Pro domo Kylbek.

412.

[Thomas Cysson quitclaims to Thomas Peyrson and John Robinson.]

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Thomas Cysson salutem. Noueritis me predictum Thomam remisisse, relaxasse & pro me & heredibus meis quietum clamasse Thome Peyrson et Iohanni Robynson totum ius meum & clameum quod unquam habui, habeo, seu in futurum habere potero de & in uno tenemento cum gardino & pertinenciis situato in suburbio extra portam borialem Oxonie

B. 1. 84
May 4, 1500

in parochia sancte Marie [*sic*] Oxonie inter tenementum cantarie beate Marie uirginis eiusdem ecclesie et quondam Iohannis Gloucestrie ex parte australi et gardinum Petri Marmion gentilman[1] et quondam Edmundi Fostar ex parte boriali; habendum & tenendum [&c.] prefatis T. & I. imperpetuum, ita quod [&c.]; in cuius [&c. sealing], hiis testibus, Henrico Talliour, Thoma Smythe, Roberto Iakson et multis aliis. Dat' apud hundredum predictum in predicto suburbio anno regni regis Henrici septimi post conquestum Anglie quintodecimo mensis Maii quarto.

Endorsed. 'Pro domo buttans erga Carmelitanos occi*dental'*, ubi mansit uxor Kylbek.'

413.

B. 3. 19 Dec. 14, 1536; a lease by Balliol to Laurence Atkynson of a tenement in the parish of St. Mary Magdalen between a tenement 'pertaining to Mary Mawdelyne Chapell, in the which John Stagpole holdeth' S., and a tenement of the monastery of Osney in which Mistres Thickett doth inhabit N., the highway E. and the White Friars W.; for 21 years; rent 16*s*.[2]

414.

B. 3. 1 Sept. 20, 4 & 5 Phil. & Mary [1557]; the College grants a lease to Edward Brooke alias Lytle, brewer, and Margerie his wife, of a tenement with garden in the parish of St. Mary Magdalen between Roger ? Thikett N. and Richard Edwards S. and the road E.; for 41 years; rent 20*s*.

415.

B. 3. 2 Ap. 18, 43 Eliz. [1601]; a lease to John Head, husbandman, of a tenement and garden between a tenement in the occupation of William Simons N. and a tenement in the occupation of John Barnes S.; 40 years; rent 20*s*.

B. 3. 3 The counterpart.

[1] Probably Marmion held no. 74, Wyatt's yard.

[2] It is probable that this lease refers to the tenement on the site of the Taylorian and not to no. 65 St. Giles's. Both these tenements had properties of the church of St. Mary Magdalen on the south; also they both had properties of Oseney on the north; for 64 St. Giles's paid a quit rent to Oseney and 73 St. Giles's was held by Oseney in demesne; but although it was common in the thirteenth and fourteenth centuries to describe as the property of Oseney any tenement which paid a feudal rent to the abbey, it was not usual in the fifteenth and sixteenth centuries.

416.

Oct. 20, 11 Jac. I [1613]; a lease to Joane Herd, widow; Lucas Eaton is S.; 40 years; rent 20*s*. B. 3. 4

The counterpart. B. 3. 5

417.

Nov. 7, 13 Car. II [1661]; a lease to William Ball of the University of Oxford, yeoman, of a tenement, between a tenement in the occupation of Thomas Wicks gent. N., widow Robinson S., 40 years; rent 20*s*. B. 3. 6

The counterpart. B. 3. 7

418.

A licence to Ball to alienate his lease; same date. B. 3. 8

419.

Oct. 20, 27 Car. II [1675]; his lease is renewed; late Thomas Wicks N., Antony Kersley S.; 40 years; rent 20*s*. B. 3. 9

420.

May 10, 1690; a lease to Martha Ball, widow; same neighbours; 40 years; rent 20*s*. B. 3. 10

421.

Sept. 1, 1705; a lease to Richard Hedges, tailor; same neighbours; 40 years; rent 20*s*. B. 3. 11

The counterpart. B. 3. 12

422.

Ap. 10, 1719; a lease to Walter Payne, mealman; widow Thompson N., Richard Broadwater S.; late in the tenure of Richard Hedges; 40 years; rent 20*s*. B. 3. 13

423.

Oct. 20, 7 Geo. II [1733]; a lease to Mary Payne, widow; Dorothy Thompson, widow, N., Charles May, grocer, S.; Mary Payne and Tobias Bennett her undertenant occupy it; 40 years; rent 20*s*. B. 3. 14

424.

B. 3. 15 Oct. 13, 21 Geo. II [1747]; a lease to William Cully, brewer; same neighbours; it is now occupied by James Croney or Elizabeth his wife; 40 years; rent 20*s.*; in trust for Elizabeth, wife of James Croney, by virtue of the will of Mary Payne.

B. 3. 16 The counterpart.

425.

B. 3. 17 Oct. 14, 15 Geo. III [1775]; a lease to Thomas Chandless, currier; Alexander Thompson bookbinder is N., Richard Ward yeoman S.; it is occupied by Richard Dewe; it was once demised to William Cully; 40 years; rent 20*s.*

B. 3. 18 The counterpart.

426.

B. 4. 3 A letter from the Provost of Worcester College to the Master of Balliol, dated Mar. 23, 1803, saying that Worcester College would be glad to purchase any holding of Balliol between St. Giles's St. and 'the Beaumonts', lying between Mrs. Tomkys's house N. and Friar's Entry S., with a view to the improvement which Worcester contemplates.

427.

B. 4. 3 Feb. 12, 1804, Balliol answers in reply to the letter of the Provost of Worcester asking to be allowed to purchase any property between Friar's Entry S. and the passage to the Quakers' meeting house N., that the only property Balliol possesses here is (*a*) a house and premises leased to late Rev. Mr. Bentham from Mich. 1790 for 40 years, at a reserved rent of 13*s.* 4*d.*; (*b*) a dwelling-house, shop, offices and large garden in the occupation of Mr. Dew, and a dwelling-house and stables in the occupation of Mr. Cooper, the whole let to Mr. Dew from Michaelmas 1789 for 40 years at a reserved rent of £1; Balliol will sell for £380, and would like to have an answer at once, as the College is making arrangements respecting a purchase.

428.

B. 4. 3 Mar. 9; Balliol writes to the Visitor of the College for permission to sell these houses to Worcester College. 'It is their wish to open a wide and handsome avenue from the front of the College to St. Giles

St., and they are desirous also of obtaining such a quantity of ground in the immediate neighbourhood on both sides of this avenue as may be sufficient for the erection of some respectable houses on each side of this avenue.' The fines on the houses are equal to £80 every 14 years. The College proposes to keep £80, which represents the fines now due, and to 'vest' the rest, £130 in the redemption of Land tax and £170 in the purchase of a small estate which Balliol holds by lease from Magdalen College. The transaction may be done either under the Paving Act or under an Act obtained by Worcester College many years since for this purpose.

429.

A valuation of the premises by John Hudson, Dec. 30, 1803.

B. 4. 3

Dwelling-house, offices and gardens late in the occupation of Rev. Mr. Bentham	30 guineas.		
Dwelling-house with shop, occupied by Mrs. Dewe, £9 Dwelling-house with a washhouse, in the occupation of Mr. Cooper, £11 . . . . . . Two stables in the occupation of Mr. Cooper, £4 . A large garden near ¼ of an acre, £4 . . .	£28		
Calculation of the value of the fee simple:			
Bentham's house, clear annual value	31	13	4
Deduct reserved rent		13	4
	31	0	0
At 20 years' purchase			20
	620	0	0
Add the reserved rent 13*s.* 4*d.* at 30 years' purchase .	20	0	0
	640	0	0
Deduct Bentham's interest, viz. the present value of an annuity of £31 for the next 27 years; according to the tables	453	18	0
	186	2	0

	£	s.	d.
Dewe's house, clear annual value	28	0	0
Deduct reserved rent	1	0	0
	27	0	0
At 20 years' purchase			20
	540	0	0
Reserved rent of £1 at 30 years' purchase . . .	30	0	0
	570	0	0
Deduct Dewe's interest, viz. the present value of an annuity of £27 for the next 26 years at 5 per cent.; according to the tables	388	2	0
	181	18	0

£	s.	d.	
186	2	0	
181	18	0	
368	0	0	say £380.

Mode of applying this sum:—

	£	s.	d.	
Bentham's fine at $1\frac{1}{2}$ years . . .	46	10	0	every 14 years.
Dewe's " " . . .	40	10	0	
	87	0	0	

Annual average amount . .	6	4	$3\frac{1}{2}$
Add reserved rents . . .	1	13	4
	7	17	$7\frac{1}{2}$

	£	s.	d.
Fines now due to College: Dewe's	40	10	0
Bentham's (13 years only elapsed)	41	6	8
	81	16	8

£	s.	d.
368	0	0
81	16	8
286	3	4

to be applied to the permanent advantage of the Society.

Houses on the Site of the Ashmolean

Face page 228]

3. Small Shops at the SW. Corner of the College, Bought from the Town.

430.

Jan. 11, 18 Car. II, 1669; a lease by the City to Francis Wildgoose, tailor, 'of three little narrow shopps, containing in breadth 5 ft. 8 in.' lying W. of a tenement of Balliol 'being the corner tenement adjoininge to the Katharine Wheele' and another piece of ground 'which is paled in and layd to the S. part of the said tenement of Balliol College' being 4 ft. 8 in. broad and extending eastward from the corner of the said tenement 24 ft. 4 in. 'the said shop and piece of ground being heretofore inclosed out of the waste ground of the said Mayor, Bailiffs and Comminalty', now in the tenure of Francis Wildgoose; for 40 years; rent 1*s.*, payable to the Chamberlains; Wildgoose will pitch and pave the road opposite the demised premises, when necessary, as far as the 'cheynell'. B. 3. 72

Endorsement. July 4, 1681, Francis Wildgoose assigns the residue of the lease to Richard Plott the elder.

431.

May 25, 1699; Sarah Platt, spinster, executrix of the late Ann Platt of the City of Oxford, who was widow of the late Richard Platt, sells the residue of the lease to Balliol College. B. 3. 71

432.

Sept. 25, 1705; the City grants to Balliol for £10 a lease of a piece of ground whereon three little shops were formerly erected, containing 5 ft. 8 in. in breadth, on the W. side of the New Buildings[1] of the said College and adjoining to the Catherine Wheel, and 'a piece of ground on the S. part of the tenement of Balliol which is lately demolished, and whereon the said New Buildings are erected,' measuring, 4 ft. 8 in. in breadth and 24 ft. 4 in. in length; which premises are taken in and built upon by the said Master and Scholars of Balliol; for 1000 years; rent a peppercorn. B. 3. 67

[1] The Bristol Buildings erected 1700–1704.

XI. TENEMENTS IN THE PARISH OF ST. GILES. 433–535.

1. Nos. 13 and 14 St. Giles's Street. 433–76.

In the parish of St. Giles the College holds two houses on the east side of the street on the north side of the Lamb and Flag, numbered 13 and 14. The College has no deeds to show how or when they were obtained. It seems that nos. 433, 434 refer to no. 14 St. Giles's, and 435–41 to no. 13, which lies next to it on the south. We are justified in referring 433 and 434 to one tenement, for if we compare 435 and 437 we learn that Thomas de Bowys held the house which once belonged to Peter de Milton (= Middelton). It will be observed that no. 13 St. Giles's passed into the hands of Isabella Chisilhampton in 1371, so that it may be the tenement in the parish of St. Giles mentioned by Robert Chisilhampton in his will (see no. 63). Possibly these two houses were acquired by Balliol when the tenement at the south-west corner of the College was obtained (see nos. 53-63).

433.

[Peter de Middeltone grants a lease to Henry de Berwyke.]

A. 2. 44 Mich. 1289–Mich. 1290

Hec est conuencio facta inter Petrum de Middeltone ex una parte & magistrum Henricum de Berwyke ex altera uidelicet quod dictus Petrus tradidit, concessit & ad firmam dimisit predicto magistro Henrico unum mesuagium cum omnibus suis pertinenciis a festo beati Michaelis anno regni regis Edwardi septimodecimo usque ad finem decem annorum proximo sequencium & plenarie completorum; quod autem mesuagium situm est inter mesuagium Rogeri Hering a parte boriali & mesuagium quod quondam fuit Iohannis de Cumtone a parte australi in parochia sancti Egidii in suburbio Oxonie; habendum & tenendum dictum mesuagium cum omnibus suis pertinenciis predicto magistro Henrico uel suis assignatis & cuicumque uel quibuscumque illud assignare uoluerit usque ad terminum decem annorum prenominatorum, & contra omnes warantizabunt, acquietabunt & secure defendent & suis propriis sumptibus & expensis sufficienter sustentabunt, & sicut decet emendabunt. Pro hac autem traditione, concessione, & dimissione predictus magister Henricus dedit predicto Petro quamdam summam pecunie bone & legalis monete. De qua pecunie summa dictus Petrus seipsum vocat pacatum totaliter & expresse pro toto tempore decem annorum predictorum. Si autem dictus Petrus & heredes sui uel sui assignati in reparacione dicti

mesuagii uel aliqua eius parte sive in constructione necessaria de nouo facienda quod absint [*sic*] defecerint uel eorum aliquis defecerit, cuius occasione dictus magister Henricus aliquod dampnum incurrerit uel sumptus & expensas fecerit, quod dictus magister Henricus ultra dictum terminum decem annorum predictorum dictum mesuagium retineat quousque tam de dampnis suis quam expensis sibi uel suis assignatis in omnibus hiis satisfiat ad plenum. In cuius rei testimonium partes predicte presenti scripto ad modum cyrographi confecto alternatim sigilla sua apposuerunt; hiis testibus, Nicholao Aurifabro tunc maiore Oxonie, Thoma de Sowy & Ricardo le Spicer tunc ballivis eiusdem ville, Henrico Ewyn, Iohanne Culuert, Philippo de Ew, Iohanne de Ew, Waltero Bost, Roberto de Brackele, Iohanne de Eynesham, Iohanne de Radford, Ricardo de Westmonasterio & aliis.

434.

[Peter de Herdwyke grants a messuage to Thomas de Bowys.]

A. 2. 4
July 8, 1338

Sciant presentes & futuri quod ego Petrus de Herdwyke de Oxonia clericus dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Thome de Bowys clerico quoddam messuagium cum curtilagio & pertinenciis in suburbio & hundredo extra portam borealem Oxonie in parochia sancti Egidii situatum inter tenementum quondam Thome Bost ex parte una & tenementum Thome de Becheye & Rosie uxoris sue ex parte altera & quod habui ex dono & concessione Margarete le Monke de Adyngtone; habendum & tenendum dictum mesuagium cum curtilagio & pertinenciis prefato Thome de Bowys heredibus ac assignatis in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne le Peyntour, Ricardo de Iarpunville, Willelmo de Cnaresburg', Iohanne de Sutertone, Ricardo de Adyngtona, Ricardo de Bladene, Waltero le Mareschal & aliis. Dat' in hundredo predicto octauo die mensis Iulii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum duodecimo.

435.

[Thomas Bost grants a messuage to Isolda his daughter.]

A. 2. 5
Aug. 26, 1332

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas Bost dedi, concessi, & hac presenti carta mea confirmaui Isolde filee mee quoddam mesuagium cum crofto adiacente & suis pertinenciis in suburbio Oxonie in

parochia sancti Egidii, situatum inter tenementum quod fuit Petri de Miltone ex parte una & tenementum Henrici le Sclattere ex parte altera; dedi eciam eidem Isolde tres rodas terre arabilis in Ehyteacre simul iacentes inter terram Iohannis de Abyndone ex parte una & terram Iohannis Cuddyng ex parte altera; dedi eciam eidem Isolde unam rodam terre arabilis in Etoneweye inter terram Iohannis Cuddyng ex parte una & terram que quondam fuit Iohannis de Hamptone ex parte altera; habendum & tenendum predictum mesuagium cum crofto, terris & suis pertinenciis prefate Isolde, heredibus & assignatis suis libere, integre, bene & in pace in perpetuum de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego vero predictus Thomas Bost & heredes mei [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iosep de Wodestoke tunc balliuo illius hundredi, Willelmo de Burecestria, Andrea de Wormenhale, Henrico de Bramptone, Nicholao de Haylesdone, Iohanne filio Willelmi Bost, Ricardo de Adyngtone, Iohanne Cuddyng & aliis. Dat' in suburbio predicto die Mercurii proxima post festum sancti Bartholomei apostoli anno regni regis Edwardi tercii post conquestum sexto.

436.

[Isolda Bost confirms a rent to her father from the same messuage.]

A. 2. 6
Aug. 27, 1332

Notum sit uniuersis quod ego Isolda filia Thome Bost in ligea potestate mea concessi & hoc presenti scripto confirmaui eidem Thome Bost patri meo ad totum terminum vite sue tres solidat*as* & quatuor denarat*as* annui redditus exeuntes de quodam mesuagio & crofto & suis pertinenciis in suburbio Oxonie in parochia sancti Egidii & quatuor rodis terre arabilis in parochia sancti Egidii predicti, que habui ex dono & concessione eiusdem Thome Bost patris mei; habend*as* & tenend*as* dictas tres solidat*as* & quatuor denarat*as* annui redditus de dicto mesuagio, crofto, terris & suis pertinenciis exeuntes prefato Thome Bost ad totum terminum vite sue ad quatuor anni terminos principales & usuales in suburbio predicto per equales porciones. Volo eciam & concedo [that he may distrain, if the sum is not paid]. Et ego [&c. warranty], & ex omni accione & seruicio seculari aquietabimus & defendemus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iosep de Wodestoke tunc balliuo illius hundredi, Willelmo de Burecestria, Andrea de Wormenhale, Henrico de Bramptone, Nicholao de Haylesdone,

Iohanne filio Willelmi Bost, Iohanne Cuddyng, Ricardo de Adyngtone & aliis. Dat' in suburbio predicto die Iouis proxima post festum sancti Bartholomei apostoli anno regni regis Edwardi tercii post conquestum sexto.

437.

[Isolda Bost grants a messuage to Martin de Salford.]

A. 2. 7 Oct. 11, 1338

Sciant presentes & futuri quod ego Isolda filia Thome Bost de Oxonia in pura virginitate mea & ligea potestate dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui domino Martino de Salford capellano quoddam mesuagium cum crofto adiacente & pertinenciis in suburbio & hundredo extra portam borealem Oxonie in parochia sancti Egidii, situatum inter tenementum Henrici le Sclattere ex parte una & tenementum magistri Thome de Bowis ex parte altera. Dedi eciam eidem Martino tres rodas terre arabilis in suburbio, hundredo & parochia sancti Egidii predicti in Eighteacre, simul iacentes inter terram Willelmi de Burecestria ex parte una & terram Iohannis de Abyndone ex parte altera. Dedi eciam eidem Martino unam rodam terre arabilis in dictis suburbio, hundredo & parochia, iacentem in Etonweye inter terram Willelmi de Burcestria ex parte una & terram quondam Iohannis de Hampton ex parte altera; habendum & tenendum dictum mesuagium, croftum, & terras cum pertinenciis prefato Martino, heredibus ac assignatis suis libere, integre, bene & in pace imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]; hiis testibus, Iohanne le Peyntour, Nicholao de Haylesdone, Willelmo de Bramptone, Stephano de Merytone, Ricardo de Adyngtone, Ricardo de Bladene, Roberto de Buneseye, Rogero Beneyt, Waltero le Mareschal et aliis. Dat' in suburbio & hundredo predictis undecimo die mensis Octobris anno regni regis Edwardi tercii post conquestum duodecimo.

438.

[Joan Bost quitclaims the same messuage to Martin de Salford.]

A. 2. 8 Feb. 15, 1339

Pateat uniuersis quod ego Iohanna qui fui uxor Walteri Bost de Oxonia in pura uiduitate mea & ligea potestate mea remisi & imperpetuum quietum clamaui domino Martino de Salford capellano, heredibus ac assignatis suis totum ius & clamium quod habui, habeo seu

quouis iure, racione dotis, per decessum dicti Walteri quondam uiri mei habere potero in quodam mesuagio cum crofto [&c. as in no. 437] & tribus rodis terre arabilis [as in no 437] & in una roda terre arabilis [as in no. 437]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, magistro Willelmo de Abyndone clerico, Ricardo de Selewode, Iohanne de Wytteneye, Iohanne Kepharm, Roberto de Lokynge & aliis. Dat' Oxonie quintodecimo die mensis Februarii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum terciodecimo.

439.

[John Bost quitclaims to Martin de Salford.]

A. 2. 9
Jan. 3, 1343

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Iohannes filius & heres Walteri Bost de Oxonia salutem in domino. Noueritis me remisisse & pro me & heredibus meis imperpetuum quietum clamasse domino Martino de Saltford capellano heredibus ac assignatis suis totum ius [&c. as in no. 438]; hiis testibus, Ricardo de Adyngtone, Waltero le Mareschal, Iohanne de Harastone, magistro Thoma de Bowes, Willelmo de Craumford & aliis; dat' Oxonie tercio die Ianuarii anno regni Anglie regis Edwardi tercii post conquestum sextodecimo, regni vero sui Francie tercio.

440.

[Martin de Salford grants a messuage to John Clement.]

A. 2. 10
Aug. 9, 1346

Sciant presentes & futuri quod ego Martinus de Saltford presbiter dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui domino Iohanni Clement & Iuliane sorori sue unum mesuagium cum crofto adiacente & pertinenciis in suburbio extra portam borialem Oxonie in parochia sancti Egidii scituatum inter tenementum quondam Henrici le Sclattere ex parte una & tenementum magistri Thome Bowes ex parte altera. Dedi eciam & concessi eisdem Iohanni & Iuliane tres rodas terre arabilis in campo qui vocatur Eighteacre simul iacentes inter terram quondam Willelmi de Burcestria ex parte una & terram quondam Iohannis de Abindone ex parte altera. Dedi eciam & concessi eisdem Iohanni & Iuliane unam rodam terre arabilis in campo nominato Etoneweye inter terram Willelmi de Burcestre & terram quondam Iohannis de Hamptone iacentem; habenda & tenenda prefatis I. & I., heredibus & assignatis eorum in perpetuum de capitalibus dominis

feodi illius per servicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne le Peyntour, Nicholao de Haylisdone, Willelmo de Bramptone, Iohanne de Soturtone, Stephano de Meritone, Willelmo de Welles, Iohanne Harastone & aliis. Dat' in suburbio Oxonie nono die mensis Augusti anno regni regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo.

441.

[Richard Horle grants the same messuage to Isabella Chisilhamptone.]

Sciant presentes & futuri quod ego Ricardus Horle de Grymmesbury, consanguineus & heres domini Iohannis Clement capellani dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Isabelle que fuit uxor Ade de Chisilhamptone de Oxonia & Willelmo filio dicti Ade & Isabelle unum mesuagium cum crofto adiacente & suis pertinenciis in hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia sancti Egidii situatum inter tenementum quondam Henrici le Sclattere ex parte australi & tenementum quondam magistri Thome Bowes ex parte boriali. Dedi eciam & concessi eisdem I. & W. quatuor rodas terre arabilis quarum tres rode simul iacent in campo vocato Eyghteacre inter terram abbatis & conuentus de Regali Loco ex parte boriali & terram quondam Iohannis de Abyndone ex parte australi, et alia roda iacet in campo vocato Etonewey inter terram predicti abbatis & conuentus de Regali Loco ex parte boriali & terram quondam Iohannis de Hamptone ex parte australi; habenda & tenenda prefatis I. & W. & heredibus ac assignatis ipsius W. de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Adyntone, Iohanne Grettone, Iohanne Noble, Iohanne Bukke, Iohanne Bekenesfelde, Ricardo Oxenforde, Willelmo Whitewelle & aliis. Dat' in hundredo predicto octauo die Aprilis, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo quinto. A. 2. 11 Apr. 8, 1371

Leases of 14 St. Giles's. 442–58.

442.

April 18, 7 Ed. VI [1553]; a lease by Balliol to Wyllyam Hardinge, slatter, of a tenement in St. Giles's, bounded by a tenement of Balliol in the tenure of Thomas Golde S., a tenement of 'Mayster Snow' N., A. 1. 1

the open field E., highway W., with half the draw-well between the two tenements of Balliol; for 21 years, to begin from the departing thence of Alice Courtyer 'otherwise called Alice Tacley, now tenant thereof, whether it be by death, wyll, mariage, intrete or otherwyse'; rent 10*s*.

443.

A. 1. 2 Aug. 16, 9 Eliz. [1567]; a lease to Richard Golde, brewer; same bounds; 21 years from Michaelmas next; rent 10*s*.

444.

A. 1. 3 Aug. 24, 24 Eliz. [1582]; a lease to Alice Gould, widow, and James Tackley her son; Nicholas Savage N., a tenement of Balliol lately demised to Edmund Rainolds M.A., student in Gloucester Hall, S.; 21 years; rent 10*s*.

445.

A. 1. 4 June 28, 31 Eliz. [1589]; a lease to James Tackley, citizen of London, cutler; same neighbours; 40 years; rent 10*s*.

446.

A. 1. 5 Jan. 9, 41 Eliz. [1599]; a lease to Richard Griffin of Oxford, smith; same neighbours; 40 years; rent 10*s*.

A. 1. 6 The counterpart.

447.

A. 1. 7 Oct. 21, 12 Car. I [1636]; a lease to Elizabeth Frith, widow; a tenement in the occupation of William Wayne is N., rest as before; 21 years; rent 10*s*.

A. 1. 8 The counterpart.

448.

A. 1. 9 Sep. 12, 1649; a lease to Richard Smith of the University of Oxford, cook; neighbours as before; 40 years; rent 10*s*.

A. 1. 10 The counterpart.

449.

June 28, 1654; a lease to Cristopher London of Oxford, carpenter; late Thomas Lane N.; other bounds as before; 40 years; rent 10*s*. A. 1. 11

The counterpart. A. 1. 12

450.

July 29, 1669; a lease renewed to Cristopher London; bounds as before; 40 years; rent 10*s*. A. 1. 13

The counterpart. A. 1. 14

451.

Aug. 2, 1686; a lease renewed to Cristopher London; bounds as before; 40 years; rent 10*s*. A. 1. 15

452.

Aug. 2, 1686; bond of Cristopher London to perform covenants. A. 1. 16

453.

Mar. 25, 1738; a lease to Thomas Rowney of Oxford Esq.; S. a tenement of Balliol 'known by the name of the Hampshire Hog', N. a tenement once in the occupation of Thomas Lane, now of Walter Powell, gent.; 40 years; rent 20*s*. A. 1. 26

The counterpart. A. 1. 27

454.

Mar. 25, 1752; the lease of Thomas Rowney is renewed; widow Powell is N.; 40 years; rent 20*s*. A. 1. 28

The counterpart. A. 1. 29

455.

Mar. 25, 1766; a lease to Robert Whalley of Oxford, doctor of physic; S. a tenement of Balliol heretofore the Hampshire Hog, now called the Hit and Miss; Mrs. Eaton, widow, N.; 40 years; rent 20*s*. A. 1. 30

The counterpart. A. 1. 31

456.

July 24, 1777; a lease to John Whalley of Oxford esquire; neighbours as before; 40 years; rent 20*s*. A. 1. 32

457.

A. I. 33 and 34 — 1793, a lease to the Duke of Marlborough (*missing*).

458.

A. I. 35 and 36 — 1805, a lease to the Duke of Marlborough, probably of both 13 and 14 St. Giles's (*missing*).

Leases of 13 St. Giles's. 459–72.

459.

A. I. 17 — Mar. 18, 6 Ed. VI [1552]; a lease to Thomas Gold, yeoman, of a tenement in St. Giles's; N. a tenement of Balliol occupied by Alice Courtyer, widow; S. a tenement of Dr. Owen now in the tenure of Thomas Tewsley; to hold for 21 years after Elizabeth Nut, widow, now tenant, vacates it; rent 5*s*.

460.

A. I. 18 — Oct. 24, 10 Eliz. [1568]; a lease to Thomas Rawlyns of St. Peter in the East, yeoman; Thomas Teysley, tenant of Dr. Owen, is S.; Richard Golde, tenant of Balliol, N.; 21 years; rent 5*s*.

461.

A. I. 19 — Dec. 28, 24 Eliz. [1581]; a lease to Edmond Rainolds M.A., student of Gloucester Hall; same neighbours; 40 years; rent 5*s*.

462.

A. I. 20 — April 20, 33 Eliz. [1591]; his lease is renewed; same neighbours; 40 years; rent 5*s*.

A. I. 21 — The counterpart.

463.

A. I. 22 — June 13, 9 Jac. I [1611]; a lease to George Chambers of Oxford, bookbinder; a tenement of Mr. Owen occupied by Edward Tesley S.; Richard Griffin, tenant of the College, N.; 40 years; rent 5*s*.

464.

Sept. 12, 1649; a lease to Thomas Perry, cordwainer; neighbours as before; 40 years; rent 5*s*. A. 1. 23

465.

Dec. 12, 1666; a lease to Richard Prickett, cordwainer; neighbours as before; the garden measures 57 ft. 9 in. E. to W., and 17 ft. 8 in. at the upper end N. to S. and 18 ft. 4 in. at the lower end N. to S.; 40 years; rent 5*s*. A. 1. 24

466.

Oct. 16, 1703; a lease to William Hughes of Hurst, Berkshire, clerk; it is in the tenure of Richard Buckingham; S. and E. the Lamb Inn, N. a tenement of the College in the tenure of Leonard Reeves; 40 years; rent 5*s*. A. 1. 25

467.

Dec. 20, 1731; a lease to Alice Buckingham, widow, of a tenement formerly held by the late Richard Buckingham; N. a tenement of the College heretofore in the tenure of Leonard Reeves, now of John Dawson; the Lamb Inn E. and S.; 40 years; rent 5*s*. A. 1. 42

468.

Mar. 21. 1763; a lease to Robert Whalley, doctor of physic; it was late in the possession of John Hanwell deceased; S. and E. the Lamb, N. the executor of Thomas Rowney Esq.; 40 years; rent 5*s*. A. 1. 43

The counterpart. A. 1. 44

469.

July 24, 1777; a lease to John Whalley of Oxford, Esq.; bounds as before; 40 years; rent 5*s*. A. 1. 45

470.

April 5, 1793; a lease to the Duke of Marlborough; neighbours as before; the tenement 84 ft. 8 in. long, 11 ft. 3 in. N. to S. at W., 5 ft. N. to S. at the E., with a plan; 40 years; rent 5*s*. A. 1. 46

The counterpart. A. 1. 47

471.

A. 1. 48 May 3, 1833; a lease to James Paxton, surgeon; it was late in the occupation of Thomas Betts, now of Letitia Betts; Lydia Sirman, widow, tenant of the College, N.; the Lamb S. and E.; 40 years; rent 5*s.* and 1*s.* for two acquittances; the tenement is now 85 ft. long; the lease has a good plan.

A. 1. 49 The counterpart.

472.

A. 1. 50 June 17, 1847; a lease to James Paxton M.D., formerly of Oxford now of Rugby, for a fine of £51 19*s.* 6*d.*; bounds as before; 40 years; rent as before.

Deeds about both Tenements. 473–6.

473.

A. 3. 47 Oct. 22, 1813; the Duke of Marlborough assigns to Sir Edward Hitchings, alderman, the residue of his lease granted to him by Balliol in 1805, of two tenements, the one formerly in the occupation of John Whalley, bounded N. by a freehold tenement of the Duke, the other adjoining on the S., being bounded by the Lamb and Flag on the S.

474.

A. 3. 48 Jan. 27, 60 Geo. III, 1820; a lease by Balliol to Sir Edward Hitchings for a payment of £145 2*s.* 6*d.*, of a tenement late in the occupation of John Whalley, measuring 191 ft. E. to W., 30 ft. broad at E. end, 22 feet broad at the W., 35 in the middle, abutting on a tenement of the College S., and N. on a freehold messuage of Sir Edward Hitchings, now in the occupation of Rev. Bulkeley Bandinell, lately erected on a piece of ground whereupon heretofore stood a messuage in the occupation of Walter Powell, gent., afterwards Mrs. Eaton, widow, which tenement is bounded on the E. side by the open field; also of the tenement next on the S., measuring 84 ft. 8 in. in length, 11 ft. 3 in. at W. end, 5 ft. at E. end, once in the possession of Thomas Perry, since of Ric. Buckingham and Alice Buckingham, widow, late in the possession of John Hanwell, bounded by the aforesaid tenement N., and the Lamb Inn S.; 40 years; rent 20*s.* for former, 5*s.* for latter.

A. 1. 62 is the counterpart.

475.

1833, a lease to Lydia Sirman, probably only 14 St. Giles's; and in 1849, a lease to — Spiers (both missing). A. 1. 37–39

476.

May 23, 1833; a lease to Rev. James Hitchings of Wargrave, George Hitchings of Oxford, surgeon, Thomas Hitchings of Bayswater, gent., and Thomas Benwell of Oxford, gent., for £3 10*s*., of a piece of land measuring 12 ft. N. to S. and 12 ft. 6 in. E. to W.; bounded N., E., W. by the freehold tenement late of Sir Edward Hitchings, and S. by a tenement demised to Lydia Sirman, formerly to Sir Edward Hitchings, of which tenement this piece of land was part; 40 years; rent 2*s*. (with a plan of the land). A. 1. 62

2. Nos. 33 and 33½ St. Giles's. 477–520.

This tenement was given to Balliol in 1456 (no. 487). It was held with 1½ acres of arable land in the open field less than 100 yards to the north; but in 1794 the two holdings were separated. The second had messuages built upon it in 1805 (see no. 512); it was called the Rope Walk, and extended from Woodstock Road on the east to Walton Road on the west. It is now numbers 11 and 13 Woodstock Road and 120 and 121 Walton Street; the intervening land has been sold.

477.

[Robert de Milton grants a shop and house to Robert le Marschal.]

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus de Miltone de Oxonia dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Roberto filio Gilberti le Marschal de Oxonia & Alicie filie mee uxori sue & heredibus de corporibus eorum legitime procreatis unam schoppam meam cum solario supra illam edificato & unam domum iuxta dictam schoppam situatam ex parte occidentali cum curtilagio adiacente, que sita sunt in suburbio Oxonie extra portam borialem eiusdem uille in parochia sancti Egidii inter tenementum meum ex parte boriali & tenementum Radulfi de Stoke ex parte australi; habendam A. 2. 12 Feb. 27, 1317

& tenendam dictam schoppam & solarium cum domo & curtilagio cum suis pertinenciis dicto Roberto & Alicie uxori sue filie mee & heredibus de corporibus eorum legitime procreatis de capitali domino feodi illius libere, quiete, bene & in pace in perpetuum pro seruiciis inde debitis & consuetis, reddendo inde annuatim michi ad totam uitam meam decem solidos argenti ad quatuor terminos anni principales & usuales per equales porciones. Et si dicta Alicia sine herede de corpore suo legitime procreato obierit, quod absit, tunc post decessum dictorum R. & A. dicta schoppa cum solario & domus cum curtilagio cum suis pertinenciis michi & meis heredibus & assignatis libere & integre reuertantur. Et liceat michi [&c. to distrain if the rent is not paid]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. alternate sealing], hiis testibus, Henrico de Bramptone, Nicholao de Haylesdone, Thoma Bost, Roberto de Pyrie, Willelmo de Bladene, Rogero de Gersindone, Iohanne le Waterman, Iohanne de Astone clerico & aliis. Dat' Oxonie die dominica proxima post festum sancti Hillarii pape anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi decimo.[1]

478.

[Agnes Milton grants two messuages to John le Northerne.]

A. 2. 13
Oct. 2,
1357

Sciant presentes & futuri quod ego Agnes Miltone de Oxonia dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Iohanni le Northerne de Oxonia & Alicie uxori eius duo mesuagia cum pertinenciis in suburbio Oxonie in parochia sancti Egidii situata, quorum unum situatum est inter placeam Iohannis de Gunwarby ex parte australi & placeam Iohannis de Watlyntone ex parte boriali, et aliud situatum est inter tenementum abbatisse & conuentus de Godestowe ex parte boriali & tenementum Iohannis de Burcetre ex parte australi; habenda & tenenda prefatis I. & A., heredibus & assignatis eorum imperpetuum, reddendo inde annuatim capitalibus dominis feodi illius seruicia debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de sancta Frideswyda tunc maiore ville Oxonie, Willelmo de Lughteburghe & Nicholao de Foresthulle tunc balliuis eiusdem ville, Henrico de Malmusbury, Iohanne de Gruttone, Iohanne de Helmesey, Ricardo de Adyntone & aliis. Dat' apud Oxoniam secundo die Octobris anno regni regis Edwardi tercii post conquestum Anglie tricesimo primo & sui Francie decimo octauo.

[1] It is not certain that this refers to the same property as nos. 478–87.

479.

[Agnes Milton quitclaims to John le Northerne.]

Nouerint uniuersi me Agnetem Miltone de Oxonia remisisse, relaxasse & pro me & heredibus meis quietum clamasse Iohanni le Northerne de Oxonia & Alicie uxori sue [&c. as in no. 478]. Dat' apud Oxoniam secundo die mensis Iunii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum Anglie tricesimo secundo & sui Francie decimo nono. A. 2. 14 June 2, 1358

480.

[Nicholas de Hythtelbury and Alice his wife grant a messuage to Adam de Chisilhamton.]

Sciant presentes & futuri quod ego Nicholaus de Hythtelbury de Oxonia & Alicia uxor mea dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Ade de Chiselhamptone de Oxonia & Isabelle uxori sue unum mesuagium cum uno gardino eidem mesuagio annexo situatum in hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia sancti Egidii inter tenementum abbatisse & conuentus de Godestowe ex parte boriali & tenementum Agnetis de Burcestre ex parte australi; habendum & tenendum predictum mesuagium & gardinum cum suis pertinenciis predictis A. & I. & heredibus ac assignatis ipsius Ade de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, Thoma de Wormenhale, Iohanne Plomer, Reginaldo Westouere, Iohanne Saucer, Iohanne de Grettone, Ricardo de Adyngtone, Iohanne Buck' & aliis. Dat' in hundredo predicto die Lune in vigilia Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo nono. A. 2. 15 June 23, 1365

481.

[Nicholas and Alice grant two shops to Adam de Chisilhamton.]

Sciant presentes & futuri quod ego Nicholaus de Hythelbury de Oxonia & Alicia uxor mea dedimus, concessimus, & hac presenti carta nostra confirmauimus Ade de Chisilhamptone de Oxonia & Isabelle uxori sue duas shopas cum curtilagiis eisdem shopis annexis situatas A. 2. 16 June 23, 1365

in hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia sancti Egidii inter tenementum abbatisse & conuentus de Godestowe ex parte boriali & tenementum Agnetis de Burcestre ex parte australi; habendas & tenendas predictas duas shopas cum curtilagiis cum omnibus suis pertinenciis predictis A. & I. & heredibus ac assignatis ipsius Ade de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Wormenhale, Iohanne Plomer, Reginaldo Westouere, Iohanne Saucer, Iohanne de Grettone, Ricardo de Adyngtone, Iohanne Buck' & aliis. Dat' in hundredo predicto die Lune in vigilia Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo nono.

482.

[Adam de Chisilhamton grants the two shops to his grandsons.]

A. 2. 17
Mar. 5, 1366

Sciant presentes & futuri quod nos Adam de Chisilhamptone & Isabella uxor mea dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Iohanni & Roberto filiis Willelmi filii nostri duas shopas cum curtilagiis eisdem shopis annexis situatas in hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia sancti Egidii inter tenementum abbatisse de Godestowe ex parte boriali & tenementum quod fuit Agnetis de Burcestre ex parte australi; habendas & tenendas predictas duas shopas cum curtilagiis & suis pertinenciis predictis Iohanni & Roberto coniunctim & diuisim & heredibus de corporibus eorundem legittime procreatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et si predicti I. & R. sine heredibus de corporibus eorundem legitime procreatis obierint, dicte due shope cum suis pertinenciis michi dicto Ade & rectis heredibus meis revertantur. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Wormenhale, Iohanne Plomer, Iohanne Saucer, Reginaldo Westouere, Iohanne Grettone, Ricardo Adyntone & aliis. Dat' in hundredo predicto die Iouis proxima ante festum sancti Gregorii pape anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo.

483.

[William Chisilhamton grants a messuage to Robert his son.]

A. 2. 18
Apr. 14, 1391

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus Chyslamptone de Oxonia carnifex dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui

Roberto Chyslamptone filio meo & Iuliane uxori sue totum illud mesuagium meum cum edificiis & pertinenciis suis, quod situatum est in hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia sancti Egidii abbatis inter tenementum abbatisse de Godestowe ex parte boriali & tenementum Ricardi Fulk' ex parte australi; habendum & tenendum prefatis R. & I., heredibus & assignatis suis, libere, quiete, bene & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, Ricardo Garstone tunc maiore ville Oxonie, Iohanne Forster & Thoma Forsthulle tunc balliuis ville eiusdem, Willelmo Dagville, Nicholao Spicer, Iohanne Hickes & Thoma Somerseth tunc aldermannis eiusdem ville, Thoma Hokyn, Iohanne Turry, Ricardo atte Seler, Gilberto Bourton & aliis. Dat' apud Oxoniam quarto decimo die mensis Aprilis anno regni regis Ricardi secundi a conquestu Anglie quarto decimo.

484.

[Stephen de Braywell grants a messuage to Thomas Scharpe.]

A. 2. 19 Nov. 20, 1455

